hominis dictarum villarum seu locorum nullo modo contra talem dampnum dantem ac patientem ad meritatem in talibus causis ad testimonium perhibendum. Et si aliquis incendiarius fuerit seu dampnum dato post monitionem [illegible] teneatur et debeat dictas villas de dictis condempnationibus integre conservare indempnes. Et nichilominus in 100 solidis denariorum comuni fulginei condempnetur non obstante aliquo capitulo quod in contrarium loqueretur. Et si aliquis minatus fuerit alicui de perdendis vel aliquo et perdiderit potatas vel capita teneatur cogere illum qui minatus fuerit ad emendandum dampnum patienti. Et ad condempnationem solvendam comuni fulginei ad hoc ut de perditis et quolibet perderit debeat sibi prouidere. Et si bestie vel homines alicuius ville propinquioribus locis et villis qui et que utuntur in ipso loco in quo dampnum datum fuerit. Et patiens extimaverit ipsum dampnum usque in quantitate x solidorum denariorum et a x solidis infra ipse qui dampnum sustinuit possit sibi petere sibi emendari dampnum et extimationem ipsius dampni ipsis hominibus qui ipsa contrata utuntur usque in dictam quantitatem suo sacramento et a x solidis supra probet dampnum per testes. Et si aliquis miserit aliquam bestiam discadutam vel macangiata vel sanam in prato vel alio loco sine custode et ipsa mortua fuerit vel sbragata villa seu ville vel propinquiores locarii ad emendationem extimationis dicte bestie minime teneantur nec possit dicta occasione modo aliquo condempnari. Eo modo si undecumque ville vel castrum fuerit accusatus seu villa vel ipsum castrum et locarii de dampno dato furto vel incendio et assignaverit vel assignare voluerit aliquem vel aliquos fecisse dictum dampnum guastum furtum vel incendium de quo vel de quibus erunt ab aliquo vel ab aliquibus accusati probare debeant dampnum datum guastum furtum vel incendium de quo vel de quibus erunt ab aliquo vel ab aliquibus accusati probare debeant dampnum datorem furem vel incendiarium infra tres dies post assignationem ipsorum infra quos si non probaverit non audiatur de inceps. Dummodo assignent et assignare debeant talem malefactorem dampnum datorem vel furem qui sit ydoneus ad solvendum. Et quod possit in curia comunis fulginei conveniri. Infra quam quidem assignationem excipiantur homines morantes infra circhias novas comunis fulginei. Et dictus notarius dampnorum datorum possit et debeat condempnare sindicum dictarum villarum castrorum et aliorum locorum in x solidis denariorum accusatoris suo iuramento ab accusatore. Cum notarium supradictum possit fieri facere solutionem de dictis x solidis dicto accusatori.

~~Contumaciam ville~~ Et notarius dampnorum datorum ~~teneatur~~ habeat sex bonos baiulos de comitatu vel districtu fulginei ~~105~~ 103

Item dicimus et ordinamus quod dictus notarius habeat et

26

Non possunt dampnum dari per illum qui de ipso minatus fuerat

Non teneatur ville emendare animal deperditum vel mortuum relictum si ibat sine custode in [illegible]

Nota quod villicos providi liminarius [illegible] statuto supra [illegible] 183 [illegible] et firmamus [illegible]

ezze debeant sex bonos bayulos dicte civitatis Fulginei vel districtus
qui cognoscant personas accusatas dicte civitatis vel districtus
Fulginei qui citent personas accusatas denuntiatas et inqui-
sitas coram banch(?) nec aliqui familiares ipsorum grava-
re non possint nec debeant pro potestate capitis nec aliu(m)
officialem dicte civitatis absque voluntate dominorum priorum nec im-
ponere possint eis aliquam imbaxiatam aliqui officiales
civitatis predicte sine voluntate dictorum priorum seu alicuius
ipsorum. Quorum baiulorum officium duret per sex menses et non
ultra. Et qui usque ad annum completum non possit eligi ad officium predictum.

~~De damno dato in blado personaliter et cum bestiis 105~~ ~~106~~ 104

De contumacia ville

Item si quis accusaverit aliquam villam seu villas
de aliquo damno dato per mensem seu menses et villa
fuerit contumax sindicus talis ville solvat comuni pro dicta
et ipsa villa et focularibus ipsius scilicet pro quolibet xii denarios pro
pro quolibet foculari ville predicte accusate. Et quod quotiens-
cumque aliqua villa inciderit in aliquam contumaciam oc-
casione alicuius accuse facte de ipsa villa de aliquo damno
dato cum bestiis quibuscumque pro ipsam contumaciam seu bannum
quod solvi debet per ipsam villam seu sindicum ipsius occasio-
ne ipsius accuse solummodo solvere teneatur ille persona de illa
villa qui habuerit bestias de quibus facta est dicta accusa
et non alter aliquo capitulo comunis vel populi quod in contrarium loqueretur non
obstante. Et quilibet accusans teneatur satisfacere ba-
iulo pro pronuntiatione que fieret de aliquo accusato vel denuntiato.

Si villa accusatur de dampno dato cum bestiis solvat ille de villa qui habuit tales bestias et non alii

Solutio citationis a quo fiat vide hic

De dampno dato in ~~vinea~~ blado personaliter et cum bestiis ~~106~~ ~~107~~ 105

Item dicimus et ordinamus quod quicumque dederit dampnum
personaliter in blado cuiuscumque generis solvat comuni Fulginei
nomine banni x solidos denariorum. Si vero bladum cuiuscumque generis
evulserit sive messum fuerit aut fabas collegerit vel
secum exportaverit solvat pro qualibet vice nomine banni
xx solidos denariorum. Si autem in meta seu barca cuiuscumque generis
bladi seu leguminis canipe seu lini dampnum dederit vel
secum exportaverit sive exportaverit aut de aliqua possessione
grecum zaffaranum seu olivas collegerit puniatur vice
qualibet in 100 solidos denariorum. Si vero restias canipe vel
lini aut paleas de paleariis acceperit et secum exporta-
verit solvat vice qualibet nomine banni x solidos denariorum. Si
vero predicta commissa fuerint de nocte duplicentur dicta banna et
dampnum omne detur patienti. Si vero cum bestiis in cuiuscumque
generis blado seu legumine aliquis dampnum dederit scilicet iu-
mento bove porco capra asino sive mulo vel huius-
modi similibus solvat nomine banni pro qualibet dictarum bestiarum v solidos
denariorum. Si in canipa lino orto aut greco aut in meta
cuiuscumque generis bladi seu leguminis fecerint dicte bestie gres-
sus duplicetur bannum in quolibet dictorum casuum. Dicimus pro rude
in duobus solidis denariorum. Si vero in terra non seminata aliquis

De dampno dato in blado cuiuscumque generis vel legumine canepa lino greco vel olivas restia vel palea etc.

Adverte quod de dampno dato in meta barca aut de paleari vel predictis defferendo et portatem tantum et non per personam vel quod ... de pena furtis et latrocinis. Et si quam ... infra ad ... 115

duplicatur pena

Duplicatur pena pro nocte

cum dictis talibus grossis dampnum dederit soluat pro qua-
libet vice xii den. Si cum porcinis in vi den. Si vero predicta
commissa fuerint de nocte duplicentur dicta banna. Et da-
mnum emendet patienti in quolibet casuum predictorum. ~~De~~
~~procedendo de similibus ad similia~~ De dampno dato ~~107~~
in vinea. Cviij

De dampno dato in vinea personaliter et cum bestiis [illegible] vinee et herbam fecerit in vinea et alibi etc.

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis dampnum de-
derit personaliter in vinea alicuius a kalendis mensis
aprilis usque ad festum omnium sanctorum soluat vice quali-
bet nomine banni 40 solidos den. Et si intrauerit et dampnum
non dederit aliquod pro qualibet vice soluat nomine banni
xx solidos den. Si vero uvas collegerit soluat pro quolibet
racemo v solidos den. Et nichilominus soluat penam 40
solidos den. si aliud dampnum non dedit. Et si aliis mensibus
aliquis dampnum dederit in vinea soluat medietatem
dicte pene. Si vero aliquis in sepibus aliquo tempore dampnum
dederit soluat vice qualibet cum fulcis x solidos
den. Si vero in vinea frondes fecerit seu de cantibus
cancto sive arboribus stantibus in ipsa vinea aut her-
bam fecerit in ipsa vinea a idibus aprilis usque ad ka-
lendas nouembris vice qualibet soluat nomine banni 40 solidos
den. Si de aliis mensibus xx solidos den. Si vero fructus arborum
fructiferarum existentium in dicta vinea collegerit soluat
nomine banni 40 solidos den. Si autem aliquis frondes fecerit
alibi quam in vineis sive arboribus domesticas soluat x
solidos den. Si in aliis non domesticas soluat v solidos den. Et
in quolibet casuum predictorum dampnum emendet patienti.
Si vero cum bestiis aliquis dampnum dederit in vinea ali-
cuius sive iumento asino capra porco seu mulo et hiis
similibus si a kalendis aprilis usque ad festum omnium sanctorum
soluat vice qualibet nomine banni xx solidos den. Si
vero de aliis mensibus soluat vice qualibet x solidos den. Si
cum porcinis soluat medietatem dicte pene. Si vero in
sepibus vinearum dampnum dederit quocumque tempore sive
aliqua ex dictis bestiis grossis soluat vice qualibet nomine
banni v solidos den. Si cum porcinis soluat duos solidos den. Si
vero aliquis dampnum dederit in vinea personaliter et cum
bestiis puniatur de utroque. Et si predicta commissa fuerint

Duplicatur pena de nocte

de nocte duplicentur banna et dampnum emendetur patienti
in quolibet casuum predictorum. ~~De pena non venientium ad~~
~~campanam~~ De procedendo de similibus ad similia ~~109 ad 108~~ 107

Item dicimus et ordinamus quod nostri dampnorum datorum
in predictis et in scriptis et quolibet predictorum et in scrip-
tis possit procedi de similibus ad similia in casibus qui
non inuenirentur expressi in presenti capitulo et de inuentione
dampni et datore ipsius stetur simplici verbo ipsius et illos quos
inuenerit dampnum dare cum bestiis et sine bestiis

Creditur simplici verbo officialis dampni et datore etc.

predicti teneantur et debeant puniri et condempnari de quo co
in bannis et penis contentis in dictis capitulis et in aliis capi
tulis statutis communis et populi decem civitatis et facere satisfieri
illis qui dampnum sustinuissent

De pena ~~incidentium arborem fructiferam~~ venantium cum canibus — C [...]viii 108

Item dicimus et ordinamus quod nullus cum avi seu
canibus venari audeat vel presumat a kalendis
aprelis usque ad festum omnium sanctorum per vineas alienas
et si quis contrafecerit vice qualibet puniatur in 40 s. den.
Et nichilominus teneatur ad penam dampni dati ut superius
est expressum. Et nullus per dictas vineas audeat ire
tempore supradicto ad aucellandum nec in ipsis aucellare nec
per aucellare ad dictam penam. Et in quolibet dictorum
casuum concedatur dampnum patienti ~~De dampno dato in silvis~~

De pena incidentium arborem fructiferam — C[...]viii

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis inciserit ali
quam arborem fructiferam seu in terram solvat
communi Fulginei nomine banni 100 s. den. Si vero ramum
inciserit solvat XX s. den. Si vero arborem non fructife
ram inciserit solvat XX s. den. Si ramum inciserit solvat
V s. den. Si vero palos forchettas scaramta aut
vites inde inscisas acceperit et secum exportaverit so
lvat XX s. den. Si vero predicta commissa fuerint de nocte
duplicentur dicta banna in quolibet casuum predictorum

De dampno dato in ~~prato bandito~~ silvis — CXII

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis personaliter
dampnum dederit in silvis sive incidendo et exportan
do lignia vel arbores personaliter existentes in dicta
silva solvat vice qualibet nomine banni XX s. den. Si
vero cum bestiis in ipsis silvis dampnum dederit sicut
iumento asino mulo porco capra et similibus solvat
V s. den. pro quolibet animali dummodo pro pecudibus solvat
media pena et concedatur dampnum patienti ~~De pena dantis dampnum in apibus~~

De dampno dato in prato bandito — CXIII

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis voluerit
banditum facere pratum ad eum pertinentem ba
nditores communis Fulginei vel per auctoritatem sive alicuius officialis
licentia ponat ipsa prata bandita. Et si aliquis post
ipsum bannum in ipso prato dampnum dederit vice qua
libet puniatur in V s. den. Et hoc intelligatur de illis
pratis que solita sunt banditi. Si in aliis non pratis
si quis dampnum dederit solvat communi Fulginei nomine banni
V s. den. pro quolibet animali dummodo pro pecudibus solvat
media pena. Et possint illi ad quos pertinet ipsa
prata et eorum familiares et laboratores in possessionibus dampnum
datores expellere de ipsis pratis et bestias quas in
venerint capere ducere et tenere et easdem pignorare

S. pena.
vide supra in capitulo statuto de dampnis dato in vinea
folio 106 etc.

De incisione arborum vel vitium fructiferarum vel de ablatione palorum forcellarum vel scaramtorum etc.

Item vide quod perdatur de furto in talibus non inciso ut in ipso statuto 22 vide de pena furum et latronum ubi vide omnino. Et vide in folio 105

Licet domino pretori et suis famulis capere et retinere bestias in eis inventas et in forum adducere etc.

Stat. de dapno dato i[n] gravis et de tutore sacramento domini et sui famuli &c.

nuferre sine pena et banno et de damno dato et muc-
tion stet sacramento ipsorum ~~De accusatione retrah-
enda per patrem vel avum~~ De pena dantis CXIIII
dannum in apibus

Apes.

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis danum dederit in apibus di-
e de die solvat nomine banni 40 solidos denariorum. Si vero de nocte aliquis
dannum dederit duplicetur bannum. ~~De capris non retine-
ndis~~ De accusatione retrahenda per patrem vel avum CXIIIII

Filius et nepos ~~…~~ maior xii annorum accusare potest &c.

Item dicimus et ordinamus quod admictantur ad accusandum maio-
res XII annorum et quod filii et nepotes descendentes ex filio possint
accusare sine consensu patris vel avi de bonis paternis et avi dummodo quod
ipse pater et avus possint accusationem predictam per filium vel nepotem
retrahere in tertiam diem post accusationem factam de accusato vel
accusatis. Et predictis sufficiat probare petatem et parentelam su-
am. Et possit et accusare laboratores et fructuarios terrarum et
possessionum. Et quod laborator tamen sine licentia domini accusare non possit

Laborator non potest sine licentia domini accusare &c.

~~De pena colligentium amindolas et uvas~~
De capris non retinendis ~~106~~ ~~115~~ 114

Capras &c.

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presu-
mat aliquam bestiam caprinam sive pecudinam retinere vel
habere in civitate Fulginei nec a circhis novis usus deorsum civitatis
pena 100 solidorum denariorum pro qualibet vice qua fecerit contrarium. Salvo quod
macellarii possint retinere bestias prout eis est permissum et
licitum posse tenere per foram capituli statuti positi sub rubrica de ma-
cellariis retro seriem atque fora. Et quod nulla persona audeat vel
presumat habere vel tenere capram vel capras in hos fines videlicet
a villa sancti Marcelli inferius usus civitate per deorsum et in ipsa villa.
Et a villa Angrani inferius usque ad civitatem Fulginei et in ipsa
villa. Et a villa Fontis Oppelli inferius usus civitatem per deorsum
et in ipsa villa. Et a villa Palis et Collis inferius usus deorsum civitatis
et in ipsis villis. Et a villa Flaminiani citra usus civitatis Fulginei
et in ipsa villa. Et a villa Rovigliecti citra usus civitatis Fulginei
et in ipsa villa. Et prout recte protenditur usque ad flumen Timie
et prout recte trahitur ipsum flumen ad villam Rosarii et Butini
et in ipsis villis et earum pertinentiis usque ad civitatem predictam. Et qui
contrafecerit in 100 solidos denariorum pro qualibet vice et pro qualibet capra
per officiales dicti communis qui pro tempore fuerit debeat condempnari. Et
liceat unicuique contrafacientem accusare et habeat medietatem

An possit dari licentia retinendi capras &c.

banni et nomen ipsius teneatur secretum. Et quod contra predicta vel aliquid predic-
torum non possit dari seu concedi aliqua licentia per aliquem
officialem forensem dicti communis. Et si daretur non valeat ipso
iure. Salvo quod domini priores populi una cum confalonerio dicti communis
possint indigentibus et pro necessitatis cadentibus dare licentiam re-
tinendi unam capram tantum. Et aliter dicta licentia possit minime
impartiri. ~~Et nullus apportet duas acerbas vel
maturas~~ De pena colligentium amindolas et uvas ~~116~~ ~~117~~ 115

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel

presumat colligere seu vendere amindolas seu amindolinos nec uvas usque ad tempus vindemiarum. Et quicumque contrafecerit solvat comuni Fulginei pro banno pro quolibet amindolo seu amindola si fuerit usque in 50 unum denarium, ab inde supra quot fuerint v. solidos denariorum solvat. Et quilibet possit contrafacientem accusare et habeat medietatem banni, exceptis personis que ex capitulo in isto capitulo. Et per kalendas septembris in antea dicta fructa possint vendi pro quolibet sine pena et banno. Et si aliquis apportaverit agrestum in aliquo vase in xx solidos denariorum comuni Fulginei condempnetur. Et quod predicta in uvis vendendis nisi optenta licentia a dominis prioribus populi civitatis Fulginei. ~~**De citationibus faciendis**~~ **Quod nullus [illegible] apportet uvas acerbas vel maturas. CXVII**

Item dicimus et ordinamus quod nullus de civitate Fulginei vel districtu possit nec debeat apportare uvas acerbas vel maturas a sua vinea nec aliena usque ad tempus vindemiarum sine licentia notariorum dampnorum datorum. Et si quis contrafecerit pro quolibet racemo solvat xii denarios si fuerit de die, si vero de nocte fuerit duplicetur bannum. Et quod nullus picciciaiolus usque ad dictum tempus emat uvas causa revendendi, et quicumque contrafecerit in x solidos comuni Fulginei condempnetur. Et quilibet possit contrafacientem accusare et pena talis remaneat in providentia officialium. Et si familia dominorum potestatis, capitanei seu notariorum dampnorum datorum invenerint uvas in aliquo seu aliquos cum preceptas, ille qui fuerit seu ille teneatur solvere ac si penes eum vel consentientem invenite nisi malefactorem assignaverit. Et quilibet civis vel forensis possit apportare et vendere uvas acerbas et maturas vaccinas et aliarum pergularum quolibet tempore. Et quod potestas populi civitatis Fulginei possint dare licentiam cui crediderit pertinere in officio de portatione uvarum.

De ~~**contumacia citati**~~ **citationibus faciendis CXVIII**

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis citatus fuerit semel personaliter vel bis ad domum pro aliquo dampno dato et non venerit coram curia comparere ad se excusandum a tali dampno dato in termino citationis habeatur de ipso pro legitime confesso et convicto et testibus superato nulla exceptione obstante. Et quod citatio vim personalis sit peremptoria. ~~**De consilio dando pro nomine et cuius petitione**~~ **De contumacia citati** ~~**CXX**~~ 118

Item dicimus et ordinamus quod quicumque fuerit accusatus de aliquo dampno dato in rebus vel possessionibus alicuius et non venerit in termino primo citationis si citatus fuerit personaliter vel bis ad domum habeatur pro confesso et convicto ac si dampnum confessus fuisset, dummodo citatio seu citationes hec non habeant pro confesso seu confessis nisi fuerit citatus cum commissione ~~**et quod nullus teneatur ire ad locum ad petitionem accusati**~~ **De consilio dando pro nomine et cuius petitione CXIX**

Item dicimus et ordinamus quod si super aliqua accusatione dampnorum datorum contenderetur per partes occasione petatis

Quod nullus apportet uvas vel acerbas

Quod picciciaiolus non emat uvas causa revendendi etc.

Familia potestatis et capitanei cognoscet de dampnis datis etc.

Vaccinas et alie uve pergularum possunt apportari a quolibet

Citatio in dampnis datis vide etc. in procuratio statuto quod dicit potestas et missus secus in maleficiis, vide etc. l. i. de citatione et i. rubrica 75 de electione dominorum priorum

Si recipit uva precta presumitur ille qui est ibi prope

b

vel possessionis quod tunc dictus notarius teneatur committere ad petitionem petentis ad iudicem potestatis seu capitanei nec per se diffinire contra formam consilii sapientis teneatur ad penam 100 soldorum denariorum de suo salario communi Fulginei applicandam. Cum iudex teneatur super predictis consulere sine aliquo salario ad penam 25 librarum denariorum infra x dies a die facte sibi commissionis et ipsum consilium dicto notario reddere.

~~Quod nullus de comitatu Fulginei audeat retinere iumenta~~ Quod notarius teneatur ire ad locum ad petitionem accusati. CXXI

Si accusatus negat dapnum datum esse debet notarius illo ire et si reperit dapnum datum non esse evidens et apparens condepnat accusantem ut accusatum ut hic. Bonum est quod semper negare dapnum esse datum etc. Sed hoc statutum [illegible] statim [illegible] sed hoc in salvo et ubi unde si quis accusatur in fine ubi non obstante.

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis accusaverit aliquem de damno dato et accusatus negaverit damnum datum esse. Et notarius dannorum datorum teneatur in dicto mense et pena x librarum denariorum ire ad dictum locum ad petitionem accusati ad videndum si dannum est evidens vel apparens. Et si invenerit dannum datum non esse evidens vel apparens quod teneatur solvere et pagare accusans illam penam quam dictus accusatus solvere debebat. Et nihilominus in x librarum pena pro periurio debeat condemnari. Si vero invenerit dannum esse evidens vel apparens tunc accusatus condemnetur secundum formam statuti civitatis Fulginei.

~~De arboribus pendentibus supra domum terram vel vineam alienam~~ Quod nullus de comitatu Fulginei audeat retinere in morta. CXXII

Item dicimus et ordinamus quod nullus de comitatu aliqua fictione vel pro montanea nec civitatis audeat vel presumat aliquam iumentam tenere noctis tempore extra domum a dicta nulla hora. Et qui contrafecerit in x soldis denariorum pro qualibet vice et qualibet iumenta debeat condemnari. Et cuilibet liceat contrafacientem accusare et habeat quartam partem banni dummodo probet accusationem saltem per unum testem fidedignum.

De arboribus ~~stantibus in terra aliena~~ pendentibus supra domum terram ~~rez~~ vel vineam alienam

~~121~~ 122

Quando arbor vel sepes vicini pendet super domum vel possessionem sui vicini quid fiendum

Item dicimus et ordinamus quod si arbor seu sepes alicuius apprehenderit seu extenderit se super terram domum vel vineam alicuius ille cuius est terra domus vel vinea possit ipsam arborem seu sepem incidere et removere et illud tantum quod super domum vineam vel terram penderet de sepe vel arbore. Et vicinus suus ab octo diebus in antea postquam eidem domino suo cuius est dicta arbor vel sepes denuntiaverit vel protestatus fuerit ut ipsam arborem vel sepem super domum suam terram vel vineam pendentem debeat elevare et removere. Quibus octo diebus elapsis liceat tali denuntiatori ipsam arborem seu sepem incidere et removere id quod super domum terram vel vineam eius penderet. Et tali incisione facta talis incisor non possit nec debeat accusari. Et si accusatus fuerit talis accusator nullo modo audiatur et talis incisor de huiusmodi incisione nullo modo possit condemnari ab aliquo officiali communis Fulginei. Et potestas vel capitaneus ad petitionem illius super cuius domum terram vel vineam dicta arbor seu sepes vertitur teneatur mittere baiulum communis ad faciendum predictam remotionem scilicet totum illud quod penderet super domum terram vel vineam ipsius petentis

ipsam remotam fieri. Et quicumque non observaverit vel contra fecerit in non faciendo dictam remotionem, in 100 solidos denariorum communi Fulginei dampnetur. Et in talibus temporibus prescriptio non preiudicet.

~~Et nullus civis bavilus vel famulus possit facere sindicatum vel sindicariam pro aliquo castro vel villa.~~ ~~124~~

De arboribus stantibus in terra aliena. ~~125~~ 123 124

Item dicimus et ordinamus quod quicumque habet aliquam arborem sive arbores in terra aliena teneatur et debeat ipsam arborem sive arbores illi cuius est terra vel vinea cum tenimento recasalino ipsarum arborum vendere et pretio ipsorum stare arbitrio duorum amicorum seu vicinorum ab eis communiter electorum et sine fraude. Et si ille cuius fuerit arbores seu arbor predicta noluerit vendere ipsam seu ipsas, cogatur possessor emere. Et si ille cuius erunt dicte arbores seu arbor stantes in terra aliena fecit vel fecerit aliquem contractum alicui extraneo vel forensi vel cum aliquo clerico, cogatur omnino per potestatem capitaneum vel rectorem communis Fulginei ad recolligendum dictam arborem seu arbores a forense predicto vel extraneo seu clerico, exceptione aliqua non obstante. Et de predictis cognoscant summarie sine libelli petitione vel porrectione.

~~De extrahentibus et removentibus terminum. 125~~

Et nullus civis bavilus vel famulus possit facere sindicatum vel sindicariam pro aliquo castro vel villa. ~~126~~ 124

Item dicimus et ordinamus quod nulla villa vel sindicatus comitatus Fulginei possit nec debeat eligere aliquem sindicum de civitate Fulginei nisi tantum de comitatu. Et nullus de comitatu possit nec debeat aliquam sindicariam nisi unam tantum habere. Et si aliqua villa seu sindicus elegerit aliquem de civitate Fulginei in sindicum, pro tali villa et sindicatus solvat communi Fulginei nomine banni x libras denariorum. Et talis electio non valeat nec teneat ipso iure. Et non possit talis sindicus ab aliquo officiali communis Fulginei recipi nec admitti in negotiando vel procurando aliquid pro dicta villa cuius sindicus constitutus esset. Et talis villa et sindicatus infra duos dies teneatur eligere de novo alium sindicum de comitatu sub dicta pena. Et quod nullus de civitate Fulginei possit nec debeat electionem alicuius sindicarie recipere sub dicta pena communi Fulginei applicanda. Et quilibet sindicus et villa contrafaciens a quolibet possit accusari et accusator habeat medietatem banni et eius nomen teneatur secretum. Item quod nullus familiaris alicuius seu aliquis bavilus aut aliquis officialis communis Fulginei possit nec debeat esse sindicus alicuius ville vel castri comitatus Fulginei ad penam 100 solidorum denariorum. Et quilibet possit contrafacientem accusare et habeat medietatem banni. Et non valeant que gesta fuerint per dictum sindicum factum aut sindicos per aliquem officialem dicti communis admitti non possit nec debeant sub dicta pena. Et predicta potestas teneatur facere observari et executioni mandari ad petitionem cuiuscumque petentis vel accusantis sub pena quinquaginta librarum denariorum de suo salario. Item quod si aliquis receperit ultra unam sindicariam que gesta fuerint et ad suam petitionem pro tota pena non

Qui habet arbores in terra aliena cogatur illam illi vendere cuius terra est.

Sindicus villarum vel castrorum non potest esse civis Fulginas nec famulus alicuius nec bavilus vel officialis communis Fulginei. Et potest esse sindicus et cetera. Item quod nullus sindicus potest habere duas sindicarias.

ualeat ipo iure Et nihilominus teneat restituere quod
habuerit a dicto sindicatu villa seu universitatis cui erit
sindicus Et nihilominus condemnetur pro qualibet sindicaria ultra
primam in 100 solidis den. ~~De amotione terminorum~~

De extrahentibus et remouentibus terminum 1215 ~~126~~

Quia per confusionem confinium rixe dissensiones et scandala
plurima consueuerunt oriri quia ut plurimum per amo-
torem terminorum eueniunt et oriuntur ut tale facinus
amotoribus non transeat impunitum Statuimus quod nulla per-
sona audeat uel presumat terminum confinium amouere mutare
uel quolibet amouere uel remouere uel confines aliquatinus con-
rumpat Et si aliqua persona contrafecerit puniatur et condemnetur
per potestatem et eius officiales et per quoscumque alios officiales communis fulginei
in X libris den. pro qualibet uice et quolibet termino amoto
uel mutato. ~~Generale capitulum omnium iurium statutorum~~
~~et dependentium ab eisdem~~ De amotione terminorum ~~127~~ 1216

Item dicimus et ordinamus et presenti lege firmamus et
declaramus quod nullus tante presumptionis existat quod au-
deat uel presumat aliquem terminum amouere uel extrahere
sine presentia et licentia illorum quorum interest ad penam X librarum
den. pro quolibet et uice qualibet in quibus per potestatem et eius
officiales communis fulginei talis amouens seu extrahens communi fulginei de facto
debeat condemnari Insuper quod nullus audeat uel presumat
propter aliquos terminos communis attingere seu aliquatenus laborare
per unum pedem de prope Et qui contrafecerit uice qualibet pu-
niatur et condemnetur per eundem potestatem seu notarios dannorum da-
torum in 40 solidis den. communi fulginei applicandis Et quod de predictis et quolibet
predictorum possint cognoscere domini capitanei populi et domini priores
predictorum potestas et notarii dannorum datorum dicti communis Et nihilominus ille
potestas qui aliquam fecerit nouitatem iuxta dictum terminum communis seu
qui aliqua(m) fecerit terminos uel iuxta ... natas ... si in aliquo dicto
terminos uel iuxta ... sibi ... in aliquo dicto
termino sine iure suo preiudicaret teneatur et debeat
contra manum suo iure suo preiudicaret teneat et debeat
suis expensis omnem ... nouitatem
ad petitionem cuiuscumque petentis Et si quid dannum ille
fecerit ad petitionem cuiuscumque petentis Et siquid dannum ille
iuxta cuius possessionem nouitas facta fuerit pateretur
seu modo aliquo recepisset quod talis sic faciens nouitatem
teneatur et debeat ipsi tali dannum patienti integre resar-
cire et emendare ad mandatum predictorum dominorum potestatis capitanei
et notariorum dannorum datorum dicti communis et cuiuslibet eorum coram quo
predicta fuerit postulata et ipsum huiusmodi dannum patientem
omni tempore extrahere et conseruare indempne Et predicta locum habeant in
presentibus preteritis et futuris Et quod si predicta contra aliquem de amo-
tione et inmissione termini stet et credatur dicto tamen testium
fidedignorum probantium saltem de fama talem contra quem
procederet extitisse amouisse uel inmisisse dictum terminum
uel contra sine uoluntate sui consortis Et si fuerit proba-
tum condemnetur pena predicta pro quolibet termino et qualibet uice
Et si probaretur de consensu talis contrafacientis condemnetur in 50 libris
den. pro quolibet termino et qualibet uice condemnetur sine processu.
~~De alio generali capitulo loquente de eadem materia~~
~~CXX..~~

Generale capitulum omnium iurium statutorum et dependen-
tium ab eisdem. 1217

RS. 127

De termino moto et ce
vide in proximo statuto etc.

termino ... pena
et 50 libras si ... de fama
per tres testes et extra(h)ens ut
in proximo statuto inuenies et ce
et ce si ... etc.

Si aliquis admouit terminum
... [illegible] terminum uel
prope terminum laborauit
ad unum pedem communis
communis etc.

Hoc ... si probetur per tres
testes de fama si uero
de consensu et pena 50 libras
ut in ... etc.

Quomodo probetur amotio terminorum
etc.

et pena 50 librarum

S. [illegible] h. 2.

Item dicimus et ordinamus quod si super aliquam maniam seu bur
gueriolum civitatis Fulginei pluvialis aqua flueret et
dannum alicui persone inferret et per alium locum magis
ydoneum et minus dampnosum fluere posset per nostros et officiales
dannorum datorum viarum et senaytarum comunis dictus locus magis
ydoneus et congruus debeat consignari et declarari unde dicta
pluvialis aqua magis commode fluere possit ad petitionem cuius
cumque petentis. Et siquis in predictis dictum cursum aque
impedierit, per dictos officiales debeat
in C. solidis denariorum. Et quilibet possit et habeat inter
condempnari. Et quilibet possit denuntiare accusare et habeat medietatem
dicti banni. Et hoc locum habeat tam in civitate quam etiam
in comitatu et intra et extra muros et in aliis terris et villis comunis
aliis possessionibus sic in dicta civitate. Item quod si aliquis burgus
non habet exitum in aliqua via quod admictatur per eum petente
homine burghi et ematur locus seu domus qui prestat in
predictum per convenienti pretio et fiat exitus. Et quod si sunt
aliquos minores et aliquis burghicciolus in quo pluvia
lis aqua caderet et aqua obesset muro vicinorum vel alicui
eorum et alterius eorum vellet aliquod edificium seu canale ibi
ponere seu facere ad hoc ut sibi dicta pluvialis aqua ob
esse non possit debeat requirere comunem suum ad predicta.
Et si contenderit debeat comparere coram nostris dannorum datorum
comunis Fulginei qui fuerint pro tempore ad proponendum predicta coram
eis. Qui quidem nostri ad petitionem ipsius talis predicta proponentis
teneantur et debeant personaliter ire ad videndum dictum locum
et secum bonos et sufficientes magistros ducere predicto nego
tio scrutando et cernendo. Et si contigerit suo et dictorum
magistrorum iudicio ipsum opus necessario expedire quod fiat ad
hoc ut pluvialis aqua dannum eis vel eorum alicui non
inferant. Et teneantur et debeant contradicentem cogere ut
patiatur quod illud opus fiat. Et ipsum opus fieri facere teneantur
expensis communibus sicut eorum communis est utilitas secundum iudicium et
mandatum dictorum nostrorum cum consilio dictorum magistrorum. Cuius
quidem quantitatem expensarum declaratam seu declarandam
per dictum nostrum in unum [illegible] eorum fieri facienti dictum opus
et solventi predicto opere comunis predictus dare et solvere teneantur.
Item quod quicumque tenens vias stratas mattonatas vel mac
tonandas debeat qualibet die sabati ante domum suam
mundare. Et qui contrafecerit solvat comuni Fulginei nomine banni
vice qualibet V. solidos denariorum et non plus. Et dictas predictas mundari non-
tiari debent capitanei populi et requirant quolibet die sabati et domi
nico singulas dictas stratas civitatis Fulginei. Et quos invenerint
culpabiles de predictis vel aliquo predictorum in dictis penis et bannis
debeant punire et condempnare et ad manus camerarii comunis predictis facere
per eos dictam puniri. Et siquis fecerit seu proiecerit letamen
seu bructitudinem aliquam ante domum alterius solvat dictum ba
nnum et non ille cuius est ipsa domus. Et siquis contrafecerit vel
letamen vel bructitudinem de domo exiverit vel ante domum
suam in aliqua parte viae habuerit seu fecerit letamen vel bru
ctitudinem aliquam illud teneatur et debeat defferre seu de
ferri facere ad penam .XX. solidos denariorum pro qualibet vice in qualibet

Si aqua pluvialis fluens super mania burguerolum laedat iter minores in civitate vel comitatu et dapnum inferret ex per alium locum possit fluere quod nostri dapnorum datorum hoc declarent et faciant et hoc locum habet tam in civitate quam in comitatu et inter possessores terrarum, vinearum et viarum.

Si burgus non habet exitum quod ematur domus per dictum exitum etc.

Si iter minores quod burghicciolus et aqua in eo pluens noceret vicino quod permutat et reparetur secundum commodo alterius etc.

De quolibet die sabbati quod mundetur ante domum stratam pena V. solidorum. Et quod siquis proiecerit bructitudinem ante domum alterius ipse solvat penam et non dominus domus vel proiecerit in via aliqua et ante domum suam et non elevaverit etc.

.. 137 ..

p capitl pp̃li cmt̃s fulg̃s qui fuerit p tp̃e debeat ꝯdem
nare Et quilibz possit ꝯ facientem accusare ⁊ habeat medie
tatem dicti banni Et p̃dcã dñus dñs capitl teneat et
debeat in dicto mense ⁊ ad penã x libr den̄ ꝑus de suo sala
rio q̃ coi fulg̃s applicent̃ facere integre obseruari Et
q̃ habitator alicui domus dce cmt̃s in qua dicus talis ha
bitator ipm letamē piecerit seu p̄hiri fecerit penam sup
dictam soluere coi fulg̃s teneat ¶ Item q̃ dñus dñs capitl
pp̃li qui fuerit p tp̃e modis oibz quibz pot ul' potit te
neat̃ ⁊ debeat p̃ se ꝯseruare manutenere ⁊ ꝯseruari
facere ⁊ manutener̃ facere iux posse ad utilitatem
⁊ honorem cois ⁊ pp̃li cmt̃s p̃dce plateam sce ma
rie de foris p̃ote plateam nouam ⁊ omes alias plateas
⁊ uias ⁊ stratas publicas ⁊ uicanales cmt̃s fulg̃s ita
q̃ ille ⁊ actus nō p̃stet nec p̃stare possit aliqd impedi
mentum transeunti ꝑ ipas stratas plateas ⁊ uias et
aliquem occupet ¶ Et q̃ nullus de cmt̃s fulg̃s ul' eius di
strictu audeat ul' p̄sumat aliqua turpitudinem ponere
ul' poni facere in ipis plateis stratis ul' uiis publicis
ul' uicinalibz dñusalibz ul' coibz int' aliquos ꝯsortes
Et qui ꝯfecerit soluat coi fulg̃s uice qualibz noie banni
x ß den ꝑus Et quilibz possit ꝯ facientē accusare ⁊ habeat
medietatem banni ⁊ nomen accusatoris teneat̃ secretum
¶ Et nullus hñs apotecã in platea cois fulg̃s habeat tenuam
an sua apotecam nisi q̃ntum p̃tendit̃ banca p̃tes spe
des ad pedem iusti hois ⁊ nō plus Et qui ꝯfecerit soluat
coi fulg̃s noie banni uice qualibz xx ß den̄. Et nihil
omis p̃dca debeat obseruari Et quilibz possit ꝯ facientē
accusare ⁊ denuntiare ⁊ habeat medietatem banni. ¶ Item
q̃ dcus dñs capitl ⁊ eius offic̃l teneat̃ et debeat facē
fieri bona formam sb̃ terra q̃ fora incipiat in pede flu
minis topini ⁊ uadat a pede canpi ꝑ uicinorum pastiny
manetas ⁊ exeat ad pedem siue ad guadum bulzerii
Et sit una mezongha ⁊ media ampla ⁊ media cupa
Et hoc faciat hoies de uillis limugiati sci antonii co
rule stafalum sci p̃ p̃o forum aque ꝯtis ⁊ comune Et dcus
dñs capitl teneat̃ ⁊ debeat p̃cipe sindico seu sin
dicis dcarum uillarum q̃ ad certam penam p̃dca debeant
exsecutioni mandare ⁊ fieri ꝑ hoies dcarum uillarum Et fiat
int' padule cois fulg̃s ⁊ ꝯfalum ꝑsonarum cmt̃s fulg̃s ⁊
districtus sicut̃ aliqua forma sicut uidebit̃ necce q̃d re
maneat in ꝓuidentia ꝯsilii gñalis cois p̃dci ¶ Item q̃
potas ⁊ capitl pp̃li cmt̃s fulg̃s teneat̃ et debeant talr̃
facere ⁊ curare q̃ ꝑ aliquem fossatum iux forum russituri
ꝑ hoies qui tenent iux ipam foram seu flamineam
Et ibi facere teneat̃ bona foram seu flamineā ampla
ꝑ media mezongham ripam ꝑ unū pedem p̃tere ad
largare uersus ūs dcos hoies ita q̃ dca flaminea nō decre
scat ⁊ etiam q̃ ex ipa flaminea cauabit̃ in ipam flamineā
p̃hiere teneat̃ uel apponere ad ripam ipi flaminee ripam
ꝯseruare teneat̃ quilibz hñs ul' habentes possessionem iux eam p̃ut p̃te
dit ipa possessio ab utraqz p̃te ipi flaminee Et fiat expensis illarum
ꝑsonarum quarum sunt bestie q̃ attendunt ad dictum ꝯtam uel de dca ꝯtra

Margin notes:

¶ pena p̃hicientis turpitudinem in plateas ul' uias ⁊ uicinalibz

¶ Ut capitaneus ꝯseruet ⁊ manuteneat omes plateas et uias

¶ Ut hñs apotecam in platea nō habeat tenuam nisi tantũ quantũ tendit apothecam

¶ Ut fiat forma sb̃ terra et fiat ꝑ tales uillas uel ⁊c

¶ Ut fiat fossatum iux formam russituri ꝑ hoies uel ⁊c de actione flamineæ ⁊c

Et quicumque ex hiis predicta facere ~~contrafecerit seu in~~ aliquo contrafecerit
in v. solidos denariorum pena pro vice qualibet admictat. Cuius banni medietas sit
communis Fulginei et altera medietas sit illorum hominum qui dicto operi superstent
Et potestas comunis Fulginei qui pro tempore fuerit teneatur facere fieri hinc
ad calendas maii proxime venturas. Et fiat primo [illegible] per
banditores communis Fulginei per loca publica consueta civitatis predicte et pertinentiis
dicti domini potestatis ad petitionem illorum qui superstent dicto operi. Et omnes
homines et persone iuxta dictam flaminiam tenentes hinc inde debeant ibi
arbores pastinare et pastinari facere sicut protenditur eius possessio
infra terminum per dictos banditores assignandum. Et qui infra dictum termi-
num assignatum non fecerit in 40 solidos denariorum pena pro vice qualibet
communi Fulginei debeat condempnari. Et pontem qui est ibi faciant ac-
tari et levari in altum per unum pedem per parte et predicta te-
neantur facere complere. Item quod potestas et capitaneus dicte civitatis
teneantur et debeant ibi facere fieri et ordinari expensis communis Fulginei
v. pilottas de lapidibus et calcina et arena per homines habentes be-
stias asininas a villa Sancti Martini in ferius de zarulinis usque ad
mensem aprilis proxime venturum. Item quod dicti potestas et capitaneus infra duos
menses a principio eorum regiminis teneantur et teneantur ad videndum dictam
flaminiam et faciendum fieri omnia necessaria ad aptationem ipsius
flaminie et pontium ita quod homines et animalia possint inde bene
ire et redire tam per ipsam flaminiam quam per aliud locum ibi aptum
ad eundum et redeundum. Et quod sub ipsis pontibus aqua bene
et libere fluere possit sine ipsius flaminie et pontium impedimento
Et ad hoc ut dictum opus bene fiat eligantur per dictum capitaneum
populi dicte civitatis Fulginei duo boni et legales homines qui debeant
dicto operi legaliter et sollicite superesse et intendere. Qui boni homines
predicta fieri facere debeant per homines dicta predicta expensis eorum
Et capitaneus dicti populi qui erit pro tempore debeat facere fieri aptari
ipsam flaminiam infra dictum tempus prout eidem placuerit et dare
operam efficacem secundum formam ab ipsis hominibus sibi traditam pro ope-
re supradicto. Item quod strata seu via antiqua russiti a capite
fluminis versus civitatem Fulginei sicut recte protenditur iuxta sanctum — De aptatione vie russiti per homines etc.
Petrum de villa Lungiani a domo filii   et recte tangit
per stratam usque ad terminum Sancti Martini et longuet [illegible]
dicte et reinveniat super apprehensum ipsi ab hominibus qui tenent
iuxta ipsam stratam seu viam et inveniuntur fossata et aptet
ipsa via seu strata et in ipsa via non debeant macerare
canapam vel linum aliqua persona ymo homines ipsius contrate
debeant ibi apportare terram et ipsam bene aptare. Et si
quis contrafecerit in v. solidos denariorum communi Fulginei admictat. Cuius banni me-
dietas sit communis et alia medietas sit accusatoris seu denun-
tiatoris. Et aptet flumen timie de terra fluminis to- — De aptatione fluminis timie per homines etc.
pini usque ad semitam manu per homines illarum contrate Sancti An-
tonii Lunginani seu Faluni et custum cavando primo fossa-
tum ab utraque parte ipsius vie per homines habentes ibi possessiones et tunc
terram mittendo in ipsam viam et super dictum flumen timie ut decens est
aptet non supradicto per homines dictarum villarum habentes bestias
asininas. Qui quidem homines teneantur ipsa fossata vel dicta
fossata cavare et relevare et terram ponere in ipsa strata
ut ipsa via sit bene alta ita quod homines possint bene ire et redi-
re cum bestiis et sine bestiis per ipsam stratam. Et ad hoc fa-
ciendum eligantur duo boni homines videlicet quod unus sit de comitatu
et alius de civitate Fulginei sit per priores populi dicte civitatis. Et si predicti

Quod non fiant maceratoria
iuxta stratas reales infrascriptas
vz. etc. per x mezenghas
nec proiciatur vel scortic(etur) aliquod
animal infra in dictis locis
per 200 mezengas pena 100
s. et quod habens reimpleat etc.
... civitatem
circumcirca per duas balistra-
tas maceretur pena xx s.
... et quilibet nulla per etc.

homines per dictam non fecerit in 100 s. den. com. Fulg. condempnetur. Et si
capitaneus populi fuerit negligens in predictis perdat de suo salario
25 libr. den. Et quod nullus de civitate Fulg. vel eius comitatu vel
aliunde audeat vel presumat vel attendat vel attemptet ma-
ceratorium vel maceratorium facere vel habere iuxta aliquam stra-
tam realem vz. in stratis infrascriptis scilicet in primis a ponte Russiti
usque ad civitatem Fulg. a ponte Guescie usque ad dictam civitatem
Et a balneo Sancti Johannis foris Flaminee usque Fulg. Et
a Spello usque ad civitatem Fulg. nec prope eas per x mezenghas
nec prope Carbonariam civitatis Fulg. Et a Sancto Johanne Tengibo-
bum usque ad civitatem Fulg. vel aliquod animal excortiare vel dero-
ziare vel proicere per ducentas mezenghas. Et si quis contrafecerit
in macerando vel maceratorium habendo vel animal proiciendo
vel derociando salvo quod unicuique liceat dicta animalia posse
scortiare sibi tamen ita quod alicui persone non faciat iniuriam
non obstantibus dicta servata ducentarum mezengharum condem-
netur per capitaneum vel notarium dannorum datorum in 100 s. den. pro
qualibet vice et quolibet maceratorio et quolibet animali. Et
teneantur dictum maceratorium reimplere et unicuique liceat
contrafacientem accusare et habeat medietatem banni. Et quod ca-
pitaneus et notarius dannorum datorum teneantur predicta facere bandiri
in principio eorum regiminis pena periurii et quinquaginta
libr. den. Et notarius reformationum dicte civitatis teneantur dictum
statutum legere in primo consilio quod fiet in principio regiminis eorum-
dem. Item quod capitaneus populi civitatis predicte teneatur et debeat
manutenere et servare Flamineam foram quod ipsa Flaminee
per homines tenentes iuxta ipsam Flamineam seu foram ita quod sit
cupa et ampla sicut nunc est ita quod bene currat in aqua et non
minuatur aliquo modo Et totam ipsam Flamineam mundare
teneantur et etiam quam dictum tales quorum interest ut dictum est
cavabunt et ipsa fora liceat eis proicere in campis eorum
iuxta eam super Flamineam. Et super hiis notarius dannorum datorum
maleficiorum et servatarum intromictant et se intromictere possint
et super et sit ampla tribus pedibus et cupa tantundem. Et nullus
audeat in ea macerare canipam seu linum nec in fossato
nec in via. Et qui contrafecerit solvat com. Fulg. nomine banni vice
qualibet x s. den. pro pena Et quilibet possit facientem accusare et
habeat medietatem banni. Item quod potestas et capitaneus civitatis Fulg.
iusto modo teneantur et debeant facere fieri fossata ab utraque
parte vie predicte seu strate per homines habentes et tenentes aliquas
possessiones iuxta ipsam viam et stratam de tribus summissis ad minus
Et qui contrafecerit solvat dicte pene. Et quilibet possit contrafa-
cientem accusare et habeat medietatem banni. Et si potestas vel
capitaneus vel alter ipsorum in predictis fuerit negligens perdat quilibet
ipsorum de salario eorum qui fuerit negligens 25 libr. den.
que com. Fulg. applicentur. Et quod intus flumen usque civitatem
Fulg. sit una fora sicut est extra ipsam Flamineam. Et quod
nulla persona audeat vel presumat macerare canipam vel
linum usque ad [vel pontem] portam Sancti Mauri in fossatis iuxta stratas

Quod flumen ... man-
manteneatur per homines
ibi adiacentes etc.
et quod ibi non maceretur
etc.

Quod non maceretur linum neque
canipa usque ad pontem Sancti
Mauri in fossatis iuxta stratas
vz. circumcirca civitatem Fulg.
per duas balistratas pena xx s.

nec arzucizon

Non possit macinas in circuitu civitatis Fulginei per duas balistatas poena xx s.

nec macinariam circa civitatis Fulginei nec prope ipsam civitatem per duas
balistratas. Et qui contrafecerit solvat poenae xx s. denariorum
vice qualibet. Et quilibet possit contrafacientem accusare et
habeat medietatem banni. Item quod fossatus Renarii et
quilibet alius fossatus per quem aqua pluentium vel ple-
nariam convenerit damnum dare atteretur. Pro adiacen-
tes prout tangit per stratam sue possessionis. Et super acta-
tione predicta et opere faciendo nostri dominorum datorum
et murorum debeant super esse et faciant fieri ad dicto fossato
Renarii et aliis locis ubi fuerit opotunum unum murum
ex pensis adiacentium ita per aqua que venit seu consueta
est venire nemini faciat impedimentum. Et predicti
teneantur facere mandari executioni cum effe-
ctu nostri tenebantur facere ... ad poenam 50 librarum
et ad petitionem cuiuscumque petentis ... si negligens fuerit communi Fulginei
de suo salario in quibus si negligens fuerit communi Fulginei
condemnet de quibus absolutionem aliquam mereri non possit
adiacentes non intelligantur illi qui communem vel in-
adiacentes ... intelligant illi qui communem vel in-
monium ex dicto fossato et alio fossato et opere in secundo
possent propter vel hec seu ex aqua pluentis et plena
Iria habundantis. Item quod una via fiat in villa

De fienda via in butino ad villam Rosarii etc.

butini usque ad villam Rosarii ampla per unam me-
zengham pro hominibus villarum butini et Rosarii. Et in
principio in casalenum heredum Bangioli domini Vinciani
et vadat usque ad flumen ad quam viam faciendam
fieri eligatur unus bonus et legalis homo de dicta contrata ad
faciendum fieri dictum opus ad petitionem cuiuscumque petentis
per duos potestatis cuiuscumque communis Fulginei qui fuerit pro tempore. Item

xi

quod quicumque tenet inter muros antiquos civitatis Fulginei
et domum habet coniunctam seu appodiatam ipsi muro seu
per casalenum habet inter dictum murum possit et sibi licitum
sit in ipso muro dessolvere desuper lingna et trabes
mittere necessarias ipsi domui a pede et a capite. Et predicta

De possessione tenens in muro antiquo civitatis Fulginei etc.

intelligantur posse fieri in muro antiquo olim civitatis
Fulginei circumcirca tamen. Et quod dominium et proprietas remaneat
dicto communi non obstante aliqua immissione lingnorum facta
facienda in dictis muris. Quorum immissio in iuribus dicti communis
aliquo non preiudicet. Verum in muro qui incipit a castro salva-
toris et protendit usque ad portam sancte Marie foris portas
Et si aliquis tenens inter dictum murum olim in ipso mu-
ro ancoraverit alter vero qui tenet ab altera parte dicti muri mu-
rare non possit nec mittere in eo aliqua lingna nec
aliud facere in dicto muro nisi primo satisfecerit me-
dietatem omnium expensarum factarum per talem suum consor-
tem. Qui murus dicti communis semper possideatur pro equali
partes inter eos. Et si aliquis olim seu aliquis ius suum dederit
vel in futurum concesserit dictum murum seu ius quod habet pro
tendit in eodem pro aliquo pretio seu pecunia ipsum pre-
tium seu pecuniam acceptum seu acceptam ille a quo
accepit restituere teneatur ad petitionem cuiuscumque

De aquarum pro adiacentibus vel fossati Renarii seu alii fossati per quos aqua fluens solet ... etc.

petentis. Et si non fecerit in xxv libr. den. comuni Fulg(inei) condempnet(ur)
per dominum dominum capitaneum vel eius offitiales. Medietas cuius ba-
nni sit comunis Fulg(inei) et altera medietas sit illius qui ta-
lem penam solverit. ¶ Item quod potestas et capitaneus civitatis
Fulg(inei) in principio eorum regiminis teneantur et debeant
infra mensem i(ntrante) et implere facere omnes et singulas fo-
veas motoronorum et carbonariarum extra circuitum comunis
Fulg(inei). Et quod nullus de civitate Fulg(inei) vel aliunde pro-
icere debeat in eis brutamen. Et qui contra fecerit sol-
vat comuni Fulg(inei) xx s. den. pro vice. Et quilibet possit contra fa-
cientem accusare et habeat medietatem banni. Et si po-
testas vel capitaneus in predictis fuerit negligentes perdant
de eorum salario quilibet eorum x libr. den. pro vice. Et nihil-
ominus predicta omnia facere teneantur ad petitionem cuiuscumque pe-
tentis de contrata. ¶ Item quod motorotinum quod est fium inpo-
Item dicimus et ordinamus quod ad laudem et reverentiam omnipotentis dei et gloriose virginis Marie matris sue via que est post ecclesiam sancte Marie maioris site in campis inter vineam dicte ecclesie et res heredum domini Jacobi et domini Stefani magistri Paris et ab alia quantum protendit inter dictas possessiones sit et esse debeat dicte ecclesie et ad eam pertineat pleno iure. Et quod clerici dicte ecclesie et laboratores vinee ipsius ecclesie possint dicte ecclesie et laboratores dictam viam apprehendere claudere et laborare ~~vinee~~ et dicte vinee aggregare statuto aliquo non obstante.

Ad laudem gloriam magnificentiam triumphum honorem et exaltationem magnifici gloriosissimi illustrissimi generosi serenissimi et potentissimi principis regis ac celestis dei domini et magistri mei singularissimi domini yhesu christi filii dei vivi qui in hunc mundum venit qui sit benedictus nunc et semper et per infinita secula seculorum amen.

Signum mei Bartolomei notarii ordinis scripti

...

Et ego Bartholomeus Benguttii de ... de Fulgineo publicus ... notarius ... sub ... notarius et iudex ordinarius ... per ... fuit ... originali ... ita hic de verbo ad verbum fideliter ... nil addens vel minuens fraudulenter quod ipsius tenorem aut sensum possit ... alterari tollit aut mutari preter punctum licteram vel sillabam ... vel obmissionem forte ... et in quorum fidem et testimonium signum meum apposui consuetum.

Finito libro sit laus et gloria christo.

Qui scripsit scribat semper cum domino vivat.

Vivat in celis Bartolomeus ho ... feliciter.

Johannes de Tirannis de Castro Cancellarius et notarius Reformationum civitatis Fulginei. Anno 1458 die 4 mensis Martii [illegible]

De Lib. 3. Stat. — De Tertia parte Statuti Comunis fulginei facti A. D. 1444. ut infra.

De adiutorio prestando et faciendo locis fratrum et monasteriorum et hospitalibus et certis aliis et aliis miserabilibus personis et piis locis pro tunicis eorum et aliis rebus necessariis. Rta. i.

Item dictum et ordinatum per dictum potestatem et confalonerium quod ipsi
civitatis fulginei teneatur et debeat facere dari de pe-
cunia comunis fulginei fratribus minoribus civitatis fulginei pro ad-
iutorio tunicarum ipsorum quinquaginta libras denariorum pe-
nes currentium. Item fratribus predicatoribus civitatis fulginei
pro adiutorio tunicarum ipsorum fratrum quinquaginta libras
denariorum nunc currentium. Item fratribus loci sancti augustini de fulginei
pro adiutorio tunicarum ipsorum fratrum et prope dicti loci 50
libras dictorum denariorum. Item fratribus servorum sancte marie morin-
tium in loco sancti Jacobi abaqua de fulginei pro adiutorio
tunicarum ipsorum 30 libras dictorum denariorum. Item dominabus mo-
nasterii sancti claudii et monasterii sancte catarine et mo-
nasterii sancte marie de populo civitatis fulginei pro adiutorio
tunicarum ipsarum dominarum 50 libras dictorum denariorum. Item mo-
nasterio dominarum sancte marie de cruce pro adiutorio tu-
nicarum ipsarum dominarum. Item dominabus monasterii sancte marie
de castro monasterii sancti Johannis de pugillis monasterii
sancte marie vallis viridis monasterii sancte lucie de pu-
gillis pro adiutorio tunicarum ipsarum pro quolibet dictorum
monasteriorum 30 libras denariorum nunc currentium. Item pro illis
mulieribus que iacent in domo incepta per toddiscutiam
comitis pro adiutorio tunicarum ipsarum xv. libras dictorum
denariorum. Item pro adiutorio faciendo in ecclesia sancti benedicti de
fossa certa pro campana predicte ecclesie que nuper flozavit (?)
Item pauperibus et leprosis hospitalis corsiani pro ad-
iutorio tunicarum et aliorum necessariorum dictorum pa-
uperum et infirmorum xv. libras dictorum denariorum. Item hospitali
sancti spiritus de fulginei quod hactenus vocabatur hospita-
le laboratorum pro subsidio pauperum seu lectatorum
dicti hospitalis 30 libras dictorum denariorum. Que triginta li-
bre et alie supradicte quindecim libre que debent dari
dictis leprosis et pauperibus de corsiano ut dictum est
dentur uni bono et legali homini eligendo per potestatem et
confalonerium qui pro tempore fuerit. Qui bonus homo dictas
et distribuat dictas xxx libras et dictas xv libras in dictis
hospitalibus de corsiano et sancti spiritus inter pauperes ipsorum
hospitalium prout melius sibi visum fuerit. Et
ut relicta que fiunt dictis hospitalibus non subtrahantur
per aliquem ut actenus fieri consueverunt scilicet per homines
ad relinquendum ipsis hospitalibus pro pronis (?) mi-
tent. Statuimus quod quelibet persona que condiderit testamentum te-
neatur ponere et ponat facere in suo testamento in quo dictis
hospitalibus vel alicui ipsorum aliquid relinqueret in-
legati vel institutionis quod illud tale relictum vel heredi-
tas quecumque ipsis hospitalibus vel alicui ipsorum relin-
queret debeat pervenire ad manus gubernatorum

et ad ministrationem dicti boni hominis ad cuius manus pervenire
debent elemosina supradicta communis predicti. Cum hac conditione
quod preceptor et procurator qui erit pro tempore in dicto hospi-
tali pro hospitali sancti spiritus in saxia de urbe teneatur
facere quietationem et absolutionem nomine dicti hospitalis
sancti spiritus illis personis seu persone qui tenentur de solutione
talium relictorum de omni eo quod dictus bonus homo percipiebit
seu tali dicta de causa. Et si dictus preceptor seu procurator
dictam quietationem non fecerit ad petitionem dicti sol-
ventis vel dicti boni hominis, predictum hospitale cadat
a iure dicti legati. Et quod dictus bonus homo tantum dictam
elemosinam communis quam et omnia relicta et hereditates que
eidem hospitali relinquerentur capiat pro dicto hospitali et ipsam
expendat custodiat conservet et distribuat in elemosinas et
sustentationes pauperum egenorum oblatorum et expositorum dicti
hospitalis prout sibi melius videbitur expedire. Et notarius qui
rogatus fuerit de huiusmodi testamentis teneatur dicere testatori
pro dicto legato addicere dictam conditionem et modum quod si non
fecerit puniatur talis notarius in 100 solidis denariorum pro qualibet vice.
Cum bonus homo teneatur omni anno semel reddere rationem
dominis prioribus civitatis Fulginei qui pro tempore fuerint de omnibus percu-
perceptis et habitis. Et similiter de dictis hospitalibus datis in parte obla-
torum et leprosorum dictorum hospitalium. Et predicta omnia que dicta
sunt super elemosinis et relictis factis dicto hospitali sancti spiritus
eadem fiant et fiant in elemosinis communis et in omnibus relictis
que fient dicto hospitali de roziano et de districtu Fulginei.
Item pauperibus hospitalis sancte marie seu sancti Johannis de
Ierusalem quod hactenus vocabatur hospitale fratris Io-
hannis domini Jacobi pro adiutorio tunicarum et indumentorum
ipsorum pauperum xv libras denariorum predictorum. Item loco fratrum
de burzughano pro adiutorio tunicarum fratrum ibi sta-
tium xv libras denariorum predictorum. Item hospitali collis Floreti
pro opere ipsius hospitalis xv libras dictorum denariorum. Item unicuique
incarcerate iacenti in districtu civitatis Fulginei pro
adiutorio tunicarum ipsarum incarceratarum x solidos dictorum
denariorum. Quas quidem pecunias quantitates supradicti priores
et confalonerius populi civitatis Fulginei teneantur dari facere
locis monasteriis hospitalibus et incarceratis predictis
per camerarium communis Fulginei de pecunia dicti communis. Et si pri-
ores confalonerius et camerarius predicti qui pro tempore fu-
erint vel aliquis ipsorum extiterint negligentes quibus

ipsorum qui

ipo ꝑ qui negligens fuerit ꝑdat decoꝝ salario pt
ꝑ in eum 50 libr decoꝝ den. Et si aliquis decoꝝ locorꝝ
noluerit stare in ꝑiudicium cois fulg uel receperit al
iqua cessionem ab aliqua ꝑsona collegio uel loco ꝑ
dat beneficium supdictum. Item ad hoc ut deus dns no
yhus xpus et bta virgo maria defendat et custodiat
res et bona cois fulg et hoies ipi cois ab omi pic
ulo grandin et tempestatis dictam statuimus et ordi
namus ꝙ pdci dni potes et gfalonerius ꝑ sacramentu
teneant dare facere de pecunia cois fulg fratribz sin
nutio loci sci dnici de casa mala de ciuitate fore
ad petitionem nuntij sui fratrum ipi loci in flor boi
et ꝑ emit. Et ꝙ fratres et conuentus ipoꝝ locorꝝ minorꝝ
pdicatorꝝ sci agustini et sci jacobi ab aqua de fulg
et conuentus ipoꝝ fratrum minorꝝ pdicatorꝝ sci agusti
ni et sci jacobi ab aqua de fulg et conuentus ipoꝝ
locorꝝ teneant et debeant quibz pdcoꝝ conuen
tuum emere de denarijs dcoꝝ elimosinarꝝ addcta loca
spectantem unam culturam de sizico bonam longam
amplam et sufficientem ea recipiendi corpora
mortuorꝝ cum portant ad eccas eoꝝ ad sepelli
endum at adictis elimosinis cadat ipo facto et
dicta pecunia no soluatur andas loci fratrum nisi
primo emat cultra pdca. Item ad laudem et reue
rentiam dei omnipotentis et bte ac gloriose vir
ginis marie matris sue et gloriosi martiris bti
feliciani capitis et protectoris cois et ppli ciuitatis
fulg et honorem et fortificationem dce ciuitatis Et sta
tuimus ꝙ potes et gfalonerius dci ppli ·/· in
teneant et debeant dare facere ꝑ camarium cois fulg qui
ꝑ tpe fuerit de pecunia et auere cois fulg absqz aliqua alia de
liberatione seu pmissione consilij quolibz ano usqz ad v. anos
pxim uenturos completos in opibus i scriptoꝝ locorꝝ ·i· st
ptas pecuniarꝝ quantitates in i scriptum modum in primis in
ope et pro ope loci fratrum pdicatorꝝ de fulg 100 libras bo
norꝝ den. nunc currentium. Item in ope loci fratrum sci agusti
ni de fulg 50 libr den. pdcoꝝ. Item in ope loci fratrum minorꝝ
sce marie de fulg 50 libr decoꝝ den. Et nec quidem pecu
niarꝝ quantitates et summa supius notatis et declaratis de
beant dari solui et satisfieri quolibz ano in festo bti

Et quetis locorꝝ fratrum

12

feliciam martiras de denariis factis seu coptimi paludis
comunis fulginei et de introitibus molendinorum dicti comunis et distri
ctus fulginei olivarum. Et ad hoc ut predicta celerius execu
tioni mandentur eligatur quedam bona et legalis persona
per ipsos dominos potestatem et gonfalonerium prout eis melius visum
fuerit ad manus cuius dicti domini potestas et gonfalonerius dictas
quantitates annuatim teneantur mittere mittere facere prove
nientes de introitibus dictorum paludis comunis et molendinorum
olivarum usque ad quingentorum quantitatem omnium predictorum. Et
dicta bona et legalis persona eligenda per dictos dominos p
otestatem et gonfalonerium dictam quantitatem debeant dare et
solvere et distribuere integre cum effectu locis mona
sterii hospitalibus et incarceratis predictis prout superius
expressum dum tamen quod dictas quantitates 100 libras denariorum
relictorum in opere dicti loci fratrum predicatorum predicatorum et
50 libras denariorum relictorum in opere loci fratrum sancti augustini
et 50 libras denariorum relictorum in dicto opere loco fratrum s[er]
vorum sancte marie predictorum dicta bona et legalis persona
teneatur solvere quolibet anno usque ad dictum tempus decem
annorum scilicet in magistris lapidum et lingnaminis et ca
lcina lapidibus lingnamine et manualibus et aliis cir
ca dictas operas occurrentibus et de dictis denariis in dictis o
peribus constitutis nulla persona de dictis locis possit aliquem
denarium percipere nec habere aliqua occasione. Sed omnes et sin
guli denarii supradictis dictis operibus convertantur secundum mo
dum predictum. Et quod camerarius comunis fulginei qui pro tempore fuerit
teneatur et debeat omnes et singulos denarios supradictos
quos dicta bona persona per dictos dominos potestatem et gonfalone
rium eligenda recepit a coptimatoribus dictorum mo
lendinorum olivarum et paludis mictere facere ad in
troytus comunis fulginei sine aliqua apodissa et facere
ipsis coptimatoribus paludis et molendinorum predictorum
quietantiam de omnibus et singulis denariis per dictam bonam personam
recipiendis ex causis supradictis et in faciendo instrumentum qui
etantie ita quod nullum impedimentum prestetur quin dicte el
imosine et denarii predicti occasione dictorum operum in
tegre persolvantur. Et predicta omnia et singula predicti domini
potestas et gonfalonerius qui pro tempore fuerint teneantur

et debeat tucto inventari in terre observare et observari facere
Et hoc capitulum sit positum in qualibet parte sui cum nullum
aliud capitulum cum vel contra positum contradicat nec possit in
aliquo derogare. Et in supstatum confirmamus ut
omnia supradicta bona procedant Et per dominos potestates populi civitatis
Fulginei qui pro tempore fuerint eligantur tres boni et legales
homines de Fulgineo de quolibet terzerio eiusdem civitatis unus
qui diligenter scrutent et reuidant omnia loca religio-
sorum et hospitalia supradicta quibus supradicte elimosine pro
comuni Fulginei sunt constitute secundum formam suprascriptam ac et cu-
ra habeant de maiori certitudine Fulginatis ut in eam nullum
quod turpe fiat Et si quos defectus in ipsis locis mo-
nasteriis hospitalibus et ceteris supradictis invenerint corri-
gere et corrigi facere in quantum posse teneantur Et supradictis bonis hominibus
videbitur referant dominis potestatibus dicti populi qui fuerint pro
tempore Et quod in dictis locis monasteriis hospitalibus et ceteris
supradictis invenerint illicitas et inhonestas ... et tales faciant removeri
faciant et curent dicti domini potestates quod in dictis locis mo-
nasteriis hospitalibus et ceteris ordinamenta secundum deum pro
utilitate corporum et animarum posse deo coadiuvante
procedant Et quilibet teneatur solvere datium
pro libra sua secundum quod fuerit extimata. y

Item dicimus et ordinamus quod quilibet dominus (?) civitatis — Emend. j. R/ 55.
Fulginei teneantur et debeant solvere datium pro libra
sua secundum quod fuerit impositum pro comuni Fulginei. Et potestas
et capitaneus teneantur et debeant possessionibus facere per
nostros camerarios civitatis Fulginei quod datium et collecta
imponentur si expedierit causam et negotium pro quibus dictum
datium fuerit impositum et per ea causa et nego-
tio pro quibus dictum datium impositum fuerit et collectum
expendant ipsum datium et non alibi Et potestas et capitaneus
qui tunc pro tempore fuerint qui contrafecerint in predictis puniatur
de suo salario 100 libr. den. pro quolibet et quod in solutione
ipsius datii imponendi non admittatur aliqua compensa-
tio alicuius debiti constantie reddende seu promissionis
vel ambaxiatis quod vel qua aliquis a comuni Fulginei recipere
debet quacumque de causa excepto quod milites qui tenent

Datium impositum ex causa ... non potest in aliam erogari

In solutione datii non potest opponi neque peti compensatio ... debeat a comuni recipere ...

equos pro comuni Fulginei possint eis facere excomputari in
datio quod solvere deberent dicto comuni de denariis quos pro
eorum cavallata recipere deberent a comuni. Et hoc potestas
et capitaneus comunis Fulginei qui pro tempore fuerit teneatur et de
beat in eorum posse facere integre observari. Et si
dicti potestas et capitaneus contrafacerent in penas quilibet ipsorum per
dat de suo salario 100 libras denariorum nunc currentium que
comuni Fulginei applicentur. Et hinc capitulum nullum aliud
capitulum in uel retro positum contradicat. Et insuper sta
tuimus et firmamus quod quilibet teneatur et debeat sol
vere cum effectu datium et collecta pro comuni Fulginei imposi
tum et imponendum per libra sua in terminum per
banditores comunis Fulginei et partes dictorum dominorum potestatis
et capitanei uel dominorum priorum dicti populi assignandum
sub pena quarti pluris. Et siquis ipsum datium in
dicto termino non solverit cum effectu quousque idem non solverit
datium, procuratores et officiales comunis Fulginei in
civilibus uel criminalibus causis nullo modo reddat ei
iustitie complementum nec in aliquo audiat donec
ipsum datium comuni predicto solverit integre cum effectu. Et
ad hoc ut predicta celerius observentur potestas et capitaneus
teneatur et debeat facere legi omnia nomina non solven
tium datia et collectas pro comuni Fulginei in porta magna
hostii consilii dicti comunis prima sequenti dominica post elapsum
terminum antedictum. Et nihilominus potestas et capitaneus
teneatur incontinenti omnes non solventes datium et
collectas constringere de facto in personis et rebus ad
solvendum datium antedictum. Et si negligentes
fuerint in penas de eorum salario ipsum datium solvere
teneatur. Et camerarius comunis Fulginei de salario
dictorum dominorum potestatis et capitanei qui negligentes
extiterint in predictis retinere debeat tantum de eorum
salario quod sufficiat pro datio supradicto. De datio
solvendo pro bonis alicuius defuncti

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis haberet hereditatem
uel partem hereditatis alicuius defuncti pro su
ccessione et plures sint heredes et legatarii quod
heredes defuncti debeant solvere datium et collectas
et postmodum dicti heredes habeant recursum ad

Datium de solvendo in termino assi gnandis per banditores sub pena quarti pluris

Et non solventes datium cum effectu in termino non red datur ius in civilibus nec criminalibus et nomina non solventium legan tur in consilio

legatarios per capitulum quod legata est unicuique detractis
relictas factis monesteriis eccl. hospitalibus et aliis
piis locis Et hoc capitulum locum habeat a tempore renova-
tionis libre facte per magnum marcum de
turincano citra Et iudex comunis fulginei cogat lega-
tarium seu legatarios ad solvendum heredibus talis
defuncti in continenti sic contingit quod pape relicta sine
petitione vel porrectione libelli et strepitu et figura
iudicii viso solummodo relicto tantum Et homines qui habent
inde in usu solummodo relicto tantum Et homines qui habent
possessiones aliquas seu terras seu vineas vel aliqua
bona que fuerit extimata seu appretiata in catastro
comunis fulginei vel per dominum dominum marcum sine ex testo
sive ab intestato vel ex donatione vel venditione
vel alia quacumque de causa habeant fructus ipsarum posses-
sionum teneantur solvere datium et collectas que per comune ful-
ginei imponuntur et colliguntur pro tempore secundum libram
et extimationem factam de ipsis rebus et bonis in dicta
appretiatione sic in dicta libra continetur et recepit Et ipse
possessiones ad prestationem dictarum dativarum et collectarum
obligate nullam habeant excusationem Et capitaneus populi
decemviri et cetera alii officiales comunis fulginei coram quibus
petita vel aliquod predictorum aliquatenus petentur cogant
de facto predictos homines et personas ad solutionem integre
faciendam dictarum dativarum Et hoc locum habeat
donec ipsas possessiones possederit Et si ipsi posses-
sores ipsas dativas et collectas cessaverit solvere
sive quod ab eisdem dicta dativa colligi non posset aliqua
ratione cogantur per potestatem officiales laboratores qui
ipsas possessiones laborant Et si laboratores solverit
datium pro ipsis possessionibus et rebus quas laborat dominus
talis rei pro qua datium solvitur pro ipsum laborato-
rem eidem laboratori reddere et restituere teneatur
totum id quod ipse laborator solverit pro ipsis rebus Et
hoc capitulum se concordet cum capitulo statuti posito loquenti de
[illegible] Et intelligatur solvere datium ille qui como-
dum habet possessionis pro tempore dum extiterit solverit dativa tantum
Et quod notarii camerarii comunis fulginei sive quicumque officiales comunis
fulginei qui fuerint deputati super libra comunis fulginei teneantur
et debeant ad petitionem emptoris donatoris vel cuiuscumque
alienatoris sive venditoris vel cui facta est alienatio

Ut ille solvat datium et collectas qui recepit fructus / et si ille non est solvendo vel [illegible] non solverit / solvat [illegible] laboratores et recuperet a domino [illegible]

Ut notarii camerarii ad petitionem [illegible] permutet possessiones de una libra in aliam et habeat duos [illegible] pro [illegible] [illegible] etc.

63v

removere de libra alienatoris illam possessionem venditam donatam seu quocumque modo alienatam et ponere in libra seu apprestio emptoris seu in libris ipsius cui facta fuerit alienatio ipsius rei dum tamen faciant ipsos primo iurare quod non faciant in fraudem. Et si post modum apparuerit ipsos predicta in fraudem fecisse solvant nomine banni quilibet pro communi fulginei 200 libr. den. nunc currentium. Et dicti notarii seu officiales habeant pro suo salario pro qualibet petitione seu cancellatione possessionis qualibet partis duos denarios. Et si contingat post alienationem colligi datium usque ad recollectionem fructuum primi sequentis anni quod ipsum datium non currit requirere emptor sibi solvat nisi ille in quem facta fuerit alienatio perceperit fructus illius anni antedati impositionem. Et quicumque habuerit vel tenuerit aliquam possessionem aliorum qui non fuerit habitator civitatis fulginei vel comitatensis aut aliorum qui non solverit datium communi fulginei aut michi pingiores vel michi libertatem habuerit quocumque modo teneatur solvere datium et collectam pro tali possessione impositam quod potestas teneatur facere solvi de fructibus tamen super dictis bonis illius pro illa quantitate quam communi fulginei solverit pro eo absente. Et tamen habeat teneat possideat atque fructet dictus talis solvens dictum datum donec sibi fuerit integre satisfactum de predictis. Et fructus extra percipiat. Et si supra bona non essent extimata in libra communis fulginei possessor ipsius rei seu ipsarum rerum faciant sibi ipsam seu ipsas res sibi scribi et poni in libra et apprestio communis fulginei in suo extimo. Et potestas in unum mensem in principio sui regiminis teneatur et possit facere generalem inquisitionem contra omnes et singulos homines civitatis fulginei et cuius districtus qui habent aliquas possessiones in comitatu civitatis fulginei que non sunt allibrata in catasto civitatis fulginei de quibus vel pro quibus tales possidentes et habentes ipsas possessiones non solverint datia et collectas. Et si quos invenerit talia possidentes teneatur cogere ipsos ad faciendum ipsas possessiones scribi facere in eorum apprestio et cogere ad solvendum datia et collectas impositas et imponendas. Et si quis predicta facere contempserit perdat ipsam possessionem et ipso facto talis possessio deveniat totaliter in communi. Et si quis quicumque de civitate vel districtu fulginei donaverit dederit vendiderit vel relinquerit

Margin (left): Si possessio est alienata quis solvat datium illius anni quo alienatur illa res alienata

Margin (right): Pena facientium predicta in fraudem de possessionibus ad libras aliorum transferendis 200 lb.

Margin (right): Et liberatores aliorum possessionum et alienatarum datium pro illa solvant

Margin (left): Et alienata vel ... quando ... aliqui qui datia communi fulginei ... solvant de bonis suis ... tales alienationes ... pro illa ... extimo ... alienatur

vel alio quocumque modo et sub quacumque exceptione vel [?] alie-
naverit et que vel quis dominium transferat vel tra-
sferret alicui persone seu alicui qui sit suppositus
iurisdictioni comunis Fulginei et non solventi comuni Fulginei et non
solventi de bonis suis data et collectas quod dictus
talis alienans vel alienatores heredes et successores
ipsius vel ipsorum alienantis vel alienantium teneatur
semper dedere et seu rebus sic alienatis datas concessis
venditas vel relictas vel quocumque alio modo ut dictum
est alienaverit solvere comuni Fulginei data et collectas
pro ut et sic solvi consueverat ante dictam talem ven-
ditionem vel alienationem sic factam. Et quod dicta tales
possessio seu possessiones non debeat per aliquem officialem
comunis Fulginei elevari de libra seu extimo predicti aliena-
tis vel alienantium. Et si dictus officialis contra fecerit in predictis
per potestatem comunis Fulginei in 100 libr. den. vice qualibet
condempnari debeat. Et nichilominus ad solutionem
datii impositi vel imponendi pro illa tali possessione seu
possessionibus sic alienatis de suo proprio solvere teneatur.

Qualiter solvatur datum per filios Massoli et alios nobiles iiij

Item dicimus et ordinamus ad hoc ut confinia
districtus Fulginei conserventur et manuteneantur ille
[?] habitatores ipsorum confinium quod Massolus bona
iudex et filii domini Bonacapti et alii nobiles mora-
tes in confinibus districtus Fulginei prope confines Spoleti
quibus eorum teneantur et debeant solvere datum
et collectam comunis Fulginei pro 100 libris den. et maiori
quantitate non obstante si bona eorum fuerint vel essent
plus ultra dictam extimationem extimata vel appre-
tiatam in catasto comunis Fulginei. Et quilibet alius qui
non est de nobilibus habitatoribus in dictis confinibus solvat
datum et collectam dicto comuni pro 25 libr. den. prout tunc
et non pro maiori quantitate non obstante si eorum bona
fuerint ultra dictam quantitatem extimata in cata-
stro comunis Fulginei ut supra est expressum.

Quod habitantes in confinibus talibus districtus Fulginei solvant certum datum et data quantitate et non ultra licet eorum bona sint plus appretiata in catastro.

De equis et mulis dandis ad vecturam quando et qualiter fiat.

Item dicimus et ordinamus quod capitaneus [?] comunis Fulginei
qui pro tempore fuerit teneatur et debeat facere veni-
re coram eo omnes personas habentes equos et mulos ca-
vandos eos ad vecturam et ipsos equos et mulos facere
extimari et ipsorum extimationem facere scribi in quodam
quaterno comunis Fulginei quorum equorum et mulorum non

64v

post extimatio excedat suma 40 libr dnor parvor Et
omnes homines habentes ipsos equos et mulos teneantur
et debeant ipsos equos et mulos prestare tam coi fu-
lgs quam specialibus personis auctte pdce quandocumque fuerit opo-
rtunum Et ab eis petitum fuerit pro ... soldis denariorum pro
quolibet die pro vectura ipsorum equorum seu mulorum et
pro quolibet equo seu mulo recepta primo extimatione
facta per ipsum capitulum scripta in dicto libro cois Et si
aliter fieret omnis extimatio non valeat Et siquis
ipsorum mulorum et equorum moreretur in servitio cois
fulgs pro ambaxiata vel cavallata pro coi fulgs quod po-
tas et capitulum pth auctte pdce teneantur et debeant
in unum mensem facere fieri extimationem talis seu talium
equorum vel mulorum sic morientium Et sibi dari fa-
cere de pecunia camere cois fulgs pro emendatione p-
cii supdcoz equorum vel mulorum huiusmodi morie-
ntium scdm extimationem dcam modo fiendam Et si d-
ni potas et capitulum in pdcis contrafecerit de porto eorum
offo teneantur et debeant ipsum locatorem conservare inde-
mnem Et de extimatione et in tlce pdictis stetur
sacramento ipsius locatoris et instrumentum locationis seu
venditionis facte de ipso equo vel mulo post non valeat
contra coe fulgs nec contra spales personas dce auctte nisi ro-
nabiliter esset factum in forma cois fulgs Et hoc valeat
in pnti preterito et futuro ¶ Item siquis dederint
equos seu mulos modo aliquo ad vecturam et in morte
extimationem fecerit de ipso equo vel mulo que psti-
tit ad vecturam q recipiat in dco libro cois et in-
strumentum fieri fecerit instrum aliquod ipsum instrum non valeat
ipso iure et ex eo agi vel excipi non possit tam contra coe
quam contra spales personas nisi quantum ad dcam extimatio-
nem factam receptam in dco libro cois cuius tamen modo
extimationis stetur non obstante aliqua extimatio-
ne facta de ipso equo vel mulo que in dco libro cois sit
ptano recepta et non obstante aliqua venditio-
ne facta eo modo vel consuetudine hactenus in pdcis
observata Et siquis contractus factus esset vel fieret in
futurum pretextu alicuius equi ronzini vel muli qui
dari consueverat ad vecturam mutui venditionis
depositi vel alterius cuiuscumque generis contractus cum aliquo
qui habuerit ipsum ronzinum seu mulum que dari
consueverit ad vecturam quod dca locatio habeatur ac si
facta esset pure facta ad vecturam ad quod probandum
sufficiat probatio per unum testem aut per duos

testes de publica voce et fama cum sacramento pro
predictis contractus cum quo quis seu fuerit celebratus
occasione locationis dicti ronzini vel muli seu seu
vectatus eiusdem. Et capitulum predicti civitatis qui pro
tempore fuerit supersit super vectoramento mulorum vel
equorum qui dant seu dabunt ad vecturam ron-
cinum non erit eius. Et a diffinitione dicti capitu-
li fienda per eum in predictis appellari non possit
Et contra huius capituli continuationem non possit et si
contrafecerit ipsa continuatio non valeat ipso
iure et si iuratum fuerit in ipso tali quocumque
voto ad sancta dei evangelia corporaliter manu
tactis scripturis et non vaceret talem huiusmodi
vetu iurum inter ipsas partes vel non opponere aliquas
exceptiones contra dictum votum. Et quod iudex ex suo
officio teneatur et debeat cogere illum seu illos
cui vel quibus facta fuerit dicta continuatio et iuramen-
tum predictum prestitum ad committendum ipsum iu-
ramentum et continuationem sic factam negantem
talem continuationem et iuramentum debeat
aliquatenus audiri. Et si talem equum mulum
seu ronzinum datum ad vecturam mori vel ma-
cangiari contigerit adeo quod non possit uti ad eq-
uitandum vel uti ad officium sibi commissum vel ad ve-
cturam prestandum quod si mortuus fuerit vel ma-
cangiatus culpa conducentis eum vel eos quod ad
ultra ipse locatori tamen modo teneatur et non ad ve-
cturam postquam mortuus fuerit vel sic macangiatus

De habitantibus infra signatas aliarum societatum quibus modis teneantur

Item dicimus et ordinamus quod quicumque habitat vel habitabit
in signatas seu confines aliarum societatum seu societa-
tum civitatis Fulg. teneantur iurare facere factiones in
ipsa societate cum hominibus ipsius societatis in cuius signatas
habitat non obstantibus si in alia societate iuraverit. Et
hec fiant ad petitionem consulum dicte talis societatis per que-
cumque iudicem vel officialem communis Fulg. coram quibus fu-
erit postulatum summarie sine strepitu et figura iudicii

De venientibus ad habitandum infra confines civitatis Fulg.

Item dicimus et ordinamus quod quicumque forensis venerit
ad habitandum in confines civitatis vel districtus Fulg. ad
aliquam villam vel castrum preter ipsos confines quod auctoritate
presentis capituli sint liberi et exempti ab omnibus servitutibus realibus et personalibus
et spatiis civitatis Fulg. usque ad .v. annos proximos venturos

Rub. 51 / 52 / 53

li. 4. c. 27

post suum adventum. Et quod nullus sindicus alicuius ville
castri vel districtus predicti possit nec debeat ab eo aliquid
petere vel eum facere pingnorari occasione alicuius gra-
vaminis nec aliqua alia occasione vel exceptione debiti dicte uni-
versitatis. Salvo quod si damnum daretur personaliter vel in
bestiis possit pro malefactore dari et de mallis et damnis
datis per eum. Et cum predicto possit et debeat dum modo iste
talis qui predicto non veniat et steterit habeat libram in
catastro communis Fulginei extimationis xxv librarum denariorum ad minus

¶ De balistis et temptoriis communis Fulginei et specialium personarum
non prestandis · civitatis

Item statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus populi
civitatis Fulginei qui pro tempore fuerit faciant et curent
pro posse quod baliste et temptoria communis Fulginei et specialium
personarum ipsius civitatis et comitatus eiusdem nulli persone
alicuius conditionis existat accomodent sine expressa
licentia et voluntate illius persone seu aliarum personarum
cuius seu quarum fuerit dicte baliste seu temptoria. Et
si ipsi potestas vel capitaneus contrafecerit in predictis perdat quilibet
ipsorum de eorum salario c libras denariorum que communi Fulginei
applicentur. ¶ Item quod dicti domini potestas et capitaneus et quilibet eorum
precise in dicto mense et pena xxv librarum denariorum pro quolibet eorum
teneantur et debeant scribi facere et comunicari facere
omnes et singulas balistas et temptoria communis Fulginei et
specialium personarum dicte civitatis et omnes et singulas ba-
listas quas duxerit fecerit breviarium ipsius civitatis comitatus
eiusdem et de ipsis balistis inquisitionem facere et ipsas
inveniendas facere ipsas balistas et temptoria et assi-
gnari hominibus ipsorum breviarium. Et hoc locum habeat
in preterito et futuro. ¶ De pavilionibus et ten-
toriis habendis in qualibet societate

Item dicimus et ordinamus quod si contingat exercitum
fieri pro parte communis Fulginei quod potestas seu capitaneus
in dicto mense teneatur et debeant coram eis facere
comparere omnes consules seu rectores artium vel societatum
civitatis Fulginei in districtus. Et ipsis consulibus seu rec-
toribus mandare quod in certum terminum pro eos vel ipsos
eis statuendum ad penam eorum arbitrio auferenda
debeant habere et preparare eius expensis hominum dicte eorum
societatis pavilionem seu tentoria sive habeant per
ipsa societate. Et si dicti potestas et capitaneus in predictis

S O P

extiterint negligentes perdat de eorum salario 50 libr.
den. com. Fulg. applicandas. Et quod dicti paringhiones et
terrinas qui et quos habet vel fuerit in futurum in dicta civitate
et districtu eiusdem debeant per omnes homines dictarum
societatum propriis societatibus fideliter et sollicite custodiri
fieri. Et quod in qualibet societate predicta eligatur
unus bonus et legalis homo qui ipsum paringhionem
et terrinam custodiat et conservet pro dicta societate
et in ipsa societate. Et ipsum paringhionem et terrinam
alicui persone non det nec prestet ad penam 25 l.
brazorum den. Et quod nec potestas nec capitaneus debeat
ipsum paringhionem seu terrinam alicui facere prestari
nec aliquem cogere ad dictum paringhionem seu terrinam
alicui prestandum nec in aliquo consilio proponere vel
arenghare ut aliquis ex dictis paringhionibus seu terrinis
alicui persone prestet vel aliquo modo det. Et qui contra fe-
cerit in predictis perdat de suo salario 100 libr. den. vice
qualibet in quibus contra hoc cap. committet. Et quicumque
predictas consuluerit seu modo aliquo arengaverit pro aliquo
paringhionis seu terrina alicui prestanti nomine banni
solvat com. Fulg. 25 libr. den. Et hoc capitulum sit precisum
in qualibet parte sui. Quod nullus vendat bona sua
seu maiorem partem ipsorum causa portandi ad aliam
terram

Item dicimus et ordinamus quod nullus de civitate Fulg.
vel districtu audeat vel presumat vendere alie-
nare vel aliquem contractum facere vel legatum alicui vel
in cambium dare vel aliquo modo obligare bona sua vel
maiorem partem ipsorum bonorum suorum causa portandi ad
aliam terram et qui contra fecerit in predictis tam ille qui ven-
diderit quam ille qui receperit in x libr. den. pro qualibet com. Fulg.
committat. Et hoc si res vendita alienata in cambium
data seu legata valet minus x libr. den. Si
non plus valet x libr. den. uterque ipsorum committat in 25
libr. den. com. Fulg. Et dicta talis venditio donatio
alienatio et cuiuscumque tituli datio sive legatum non
valeat ipso iure et eis nulla fides adhibeatur. Et si
aliquo modo alienatio vel receptio reperiretur facta tenea-
tur recipiens solvere datium et collectam pro eo cuius ipsa
bona fuerunt. Et nulla persona emat seu contractum
seu pingnus seu obligationem recipiat ab aliquo
forense de aliqua re seu possessione positam districtu
Fulg. vel in ipsa civitate Fulg. Et si aliqua venditio

Quod nullus alienet bona sua vel maiorem partem causa portandi ad aliam terram [illegible]. Et vide li. 1. [illegible] 99. et statutum [illegible] 257.

Quod nullus emat a forense aliqua possessione posita in districtu Fulg. etc.

cet seu modo predicto seu donatio obligatio seu quecumque aliena-
tio seu quodcumque legatum ipso iure sint cassa et irrita
et nullius valoris et eis nulla fides adhibeatur. Et
potestas sive capitaneus civitatis Fulginei teneatur et debeat
ad petitionem cuiuscumque petentis facere fieri inquisi-
tionem de predictis et in septimanis omnibus in octo dies postquam ad
aures suas pervenerit vel fuerit inventum hoc
factum esse. Et quos culpabiles invenerit puniri et
condempnare in dictis penis et bannis. Et cuilibet liceat
contrafacientem seu contrafacientes accusare et habeat medie-
tatem banni et nomen accusatoris habeatur in quolibet loco
teneatur secretum. Et si potestas vel capitaneus in predictis
extiterint negligentes vel fraudem commiserint quilibet
eorum perdat de suo salario 100 libras denariorum que communi Fulginei
applicentur. Et ad probationem dictarum venditionis et
obligationis sufficiat si dictus venditor vel obligator
habitaverit extra civitatem Fulginei vel districtum. Et ad hec
manutenenda et conservanda eligantur tres boni homines
de civitate Fulginei videlicet de quolibet terzerio unus et habeat quar-
tam partem dicti banni. Et quod nullus de civitate Fulginei vel
districtu habens aliquam possessionem intra vel prope confines
territorii civitatis Fulginei vel aliquorum vicinorum comi-
tatuum audeat vel presumat ipsam possessionem seu pos-
sessiones vendere donare vel modo aliquo alienare seu ob-
ligare alicui forensi qui non sit civis seu comita-
tensis civitatis Fulginei. Et qui contrafecerit in 100 libris denariorum
communi Fulginei condempnetur et quilibet possit contrafacientem accusa-
re et habeat medietatem dicti banni et nomen accusa-
toris teneatur secretum. Et hoc capitulum ponatur de
statuto in statutis et prevaleat ceteris aliis capitulis factis
et fiendis.

Et nullus qui habet domum in castro
collis Florenti vel Vecchiam seu Populeti audeat eam
vendere. XI

Item dicimus et ordinamus quod nullus habens domum casalenum
vel aliam possessionem in castro Vecchiam Populeti collis Flo-
renti vel Rasilie audeat vendere vel modo aliquo contrafacere sine licen-
tia potestatis et capitanei pro tempore civitatis Fulginei. Et si fieret aliter ipsa ven-
ditio seu alienatio sive quocumque titulo transactio non valeat
nec teneat ipso iure nec ullam optineat roboris firmitatem
sed omni tempore res sic alienate communi Fulginei applicentur et dictus
venditor vel alienator nec non et receptor in 25 libris denariorum
communi Fulginei condempnetur. Et hoc locum habeat in presenti preterito et fu-
turo. Et potestas et capitaneus teneatur et debeat compellere tales

Quod nullus possit ... possessionem ... confines districtus Fulginei ... possessionem alicui forensi alienare ... vide in ... 60 et 61

Quando probetur ... venditionis ... extra civitatem

alienatorum ad rehemendum res predictas sicut alium translatas sub pena in hoc capitullo contenta Et nullus huius domu
tas sub pena in hoc capitullo contenta Et nullus huius domu
in aliquo supradictorum castrorum audeat vel presumat ipsam de
struere vel deuastare nec de ipsis castris vel aliquo ipsorum
asportare seu extrahere lapides qui ipsas domos tenere ad
tatas et reactare in ipsis castris ipsas que fuerint aliqua
tenus deuastatas uix cognosce posse reactare Et potestas et
capitulum teneantur et debeant operari efficiant ita et taliter
quod predicta et quilibet predictorum perducant ad effectum et singuli
consilii fuerit pro dat quilibet ipsorum decem salario XX libr.
den. nunc currentium

De paludibus communis Fulginei alli uandis et relapsandis per illos qui tenent in debitis 12

Item dicimus et ordinamus quod capitulum expensis communis Fulginei
teneatur et debeat paludes a termino usque ad flumine
facere relapsare liberas et absolutas aqualibus
persona que eas indebite tenent et pro ipso communi Fulginei conservare
Et si quis de dictis paludibus aliquas vel aliquam apprehe
derit in XXV libr. den. communi Fulginei condempnetur Et potestas et ca
pitulum omnino faciant relapsare quicquid inuenerit pal
aliquem vel quod debuerit apprehensum de paludibus inde
Et quod potestas teneatur dare et locare ad affictum
illas paludes communis Fulginei qui affictant ripas dare debeat
[illegible] de plano si ipse voluerit pro illo pretio quod debebit in
consilio generali vel per illos qui per ipsum consilium fuerit deputati
Et potestas et capitulum … post festum sancti Felitiani
teneatur predicta omnia facere in generali consilio predicto proponere
Et quicquid in predictis per ipsum consilium fuerit ordinatum est
certum mandet Et quod locationes que fierent in futurum de
palude fiat a domo [illegible] sicut conducto et ita quod occasione
aliquis … mercedis debeat remissio
debeat ipsis conductoribus nulla fiat remissio Et quod
ipsa remissio non possit per aliquod consilium proponi

De muris pontium communis Fulginei manutenendis et reparandis 13

Item dicimus et ordinamus quod potestas et capitulum teneantur
reparare et manutenere illos muros pontium
sancti Jacobi sancti Flandii et omnium aliorum pontium communis
Fulginei Et quod faciant fieri ex utroque ipsorum pontium latere
pectorales et fiant mutuas ac capitulum expensis ipsorum
potius hinc in sic trahit usque ad lucro capitis dicti
potestas Et nullus debeat eleuare de dictis pontium pec
torales nec aliquem ex eis ad pena 100 libr. den. Et
si soluere non poterit bannum predictam fustigetur pro
tam communis Fulginei

De pontibus parapectatis lapidibus nouis fiendis 14

Et hanc materia uide statuto … li. 44. li. 53. et li. 56

Locatio rerum communis … ripis et fraterna conducte sunt

Item dicimus et ordinamus quod potestas populi civitatis Fulginei
pena predicta iuramenti teneatur et debeat facere fieri in
qualibet porta nova pontis lavatorii civitatis Fulginei
iuxta ipsum pontem a latere extra unum pontem lapideum
parapectatum loco pontis lingaminis qui nunc est
in ipsis pontibus expensis comunis. Et potestas populi dicte civitatis
teneatur et debeant pena predicta iuramenti facere in capite ali-
quem ex dictis pontibus exemplo aliorum qui pro tempore fuerit
adeo quod homines et persone transeuntes et alia animalia de ipsis
pontibus cadere non possint.

**Et nullus vendat ali-
quam rem iuris episcopatus Fulginei vel aliarum
ecclesiarum** 15

Item dicimus et ordinamus quod quicumque vendiderit
aliquam rem iuris episcopatus et recepta fuerit ex recepta epi-
scopatus vel alterius cuiuscumque ecclesie vel universitatis quod tales
venditor et sui heredes et successores teneantur et debeant
ad petitionem emptoris vel heredum ~~af~~ aut succe-
ssorum ipsius restituere ipsi emptori vel suis heredibus vel suc-
cessoribus totum pretium quod habuisset a dicto emptore
et dampna et interesse ipsi emptori vel
de dicta re seu rebus. Et quod si dictus emptor non fuerit inquietatus
emptor. Et quod si dictus emptor non fuerit inquieta-
tus vel molestatus a dicto domino episcopo vel ab aliqua alia eccle-
sia vel rectoribus ipsarum ecclesiarum de dicta re seu rebus sit vel
vel emptoribus ipsius emptoris vel emptorum re-
ditatem quod sit in potestate ipsius emptoris vel emptorum re-
stituere dictam rem seu res. Et dictus venditor seu ven-
ditores teneantur et debeant dictum pretium reddere et resti-
tuere et dampna et interesse ut dictum est. Et potestas teneatur
vinculo iuramenti et pena .l. librarum de suo salario tempore sui sindicatus
computandi in predictis ius reddere dicto
tali emptori vel emptoribus et sibi vel eis fieri et fieri
facere de facto et summarie sine strepitu et figura iudicii
iuris ordinis non servato ad petitionem cuiuscumque petentis.

**De quietatione non facienda a minore tutori seu
curatori sine presentia iudicis ordinarii** 16

De tutelis et curis etc.

Item dicimus et ordinamus quod nullus minor .xxv. an-
norum possit facere quietationem suo tutori vel
curatori sine interventu et presentia iudicis ordinarii
vel iudicis potestatis. Et iudices potestatis teneantur questio-
nes tutele et cure et negotiorum gestorum sine aliquo
salario diffinire et terminare nec dicti pupilli nec ad-
ulti possint eidem tali curatori aliquam quietatio-
nem de negotiis per eos gestis et administratis oc-
casione dicte cure et tutele sine presentia dictorum iudicum or-
dinariorum vel iudicis dicti potestatis et duorum consanguineorum
dicti pupilli vel adulti. Et si de administratione
per eundem tutorem vel curatorem appareret dictus

dns potas civit Fulg. et iudex ipi dni potatis faciat
ipi tali tutori vel curatori ab ipis pupillis seu ad
ultis finem quietatis absolutis remissionem et pactum
de ulterius non petendo vel agendo de dicta admini
stratione et negotiorum gestione sm alicuius consanguineorum
pupillorum seu adultorum pdictorum presentia post q pro
ipos tutores seu vel curatores coram eis fuerit pposita
de pdictis reddita ratio i. x dies computandos a die reddite rationis
de pdictis pupillis vel adultis factis Et idem iudex ta
de ipis pupillis vel adultis tutorem vel curatorem sua sententia absolvat et
lem tutorem vel curatorem sua sma absolutum et
absolutum teneat ab administratione et bonorum et rerum
pdictorum pupillorum vel adultorum gestione Et pdicta
talis quietatio fiat in presentia dni potatis seu iudicis
mationem dictorum et statuta aliter facta no valeat nec in se
habeat firmitatem

De grassia non extrahenda de civitate vel districtu Fulg. 17

Pena extrahentis grassiam

Item dicimus et ordinamus q nulla psona de civit.
Fulg. vel de alia audeat vel psumat portare
nec portari facere nec extrahere vel extrahi facere de civit.
Fulg. vel eius districtu aliquam grassiam nec aliqd
genus bladi sive farine Et qui contrafecerit pro qualibet vice
in 25 lib. den. com. Fulg. condemnetur pro potatis seu capitis
qui pro tpre fuerit et pdat salmas et bestiam Et quicu
q dictam grassiam seu dictum bladum sciente vendiderit
vice qualibet in 50 lib. den. com. Fulg. condemnetur Et in
telligatur sciente vendere quicuq vendiderit vel vendi
derit quodcuq genus bladi quod extraheret de civit. Fulg. vel pro di
strictum totum ipius civitatis Et eadem pena puniatur
qui dederit in pdictis auxilium consilium vel favorem Et
quilibet possit contrafacientem accusare et habeat medietatem
de banno Et psumatur extra civit. seu districtu extrahere si
sine apodissa fuerit quis inventus cum dicta grassia Item
ad tollendum malitias omnium qui ipam grassiam de civi
tatis et districtu Fulg. extrahere nitentur Et q nullus sit
ausus extrahere et portare grassiam vel bladum extra dictam
civit. vel eius districtu nec aliquis pretextu marcanadi
possit extrahere bladum extra dictam civit. vel eius districtu pnti
capitulo dicimus et ordinamus q nulla psona cuiuscuq conditionis
existat audeat vel psumat portare bladum ad ma
rinandum extra territorium civitatis Fulg. aliquo quesito co
lore Et si quis contrafecerit in x. lib. den. pro quorum pro
potatis civit. Fulg. de facto aufferendorum com. Fulg. con
demnetur Et quilibet possit contrafacientem accusare et habeat
medietatem banni Et ad denuntiandum et accusandum
maxime contrafacientes in qualibet villa districtus Fulg. duo
homines eligantur de ipa villa Et q potas in principio sui

Q presumitur vendere grassiam ut extrahatur extra civit. vel districtum Fulg. puniatur ut si ipse quo presumitur ita presumere vendidisse q ē no fecit ita puniatur ipse ut [illegible] et favore et consilium

Q non presumit q portabit grassiam extrahendo extra civitatem districtum

Q nullus possit bladum aliquod portare ad marinandum extra districtum Fulg.

68v

regiminis pena 50 librarum denariorum teneatur et debeat mittere per sindicos ipsarum villarum

Hec invenitur in alio statuto magno

Quod quilibet qui se absentaverit teneatur relinquere procuratorem seu curatorem. Rubrica — xviij.

Item dicimus et ordinamus quod si quis de civitate Fulginei vel eius districtu iverit extra civitatem Fulginei vel eius districtum teneatur et debeat relinquere procuratorem. Et si minor fuerit teneatur relinquere tutorem vel curatorem. Et teneatur infra .xv. dies postquam citatio facta fuerit ad domum absentis per baiulum communis Fulginei. Et ipse baiulus procuratorem tutorem vel curatorem citet alta voce. Et si non comparuerit in termino sibi dato possit procedere contra talem absentem. Et hoc locum habeat in presenti preterito et futuro. Citationes vero infra dictos xv. dies non possit procedi contra talem absentem nisi primo facta citatione de dictis talibus procuratoribus tutoribus vel curatoribus.

Quod non contra absentem possit procedi nisi procuratore citato.

Quod filii familias qui tenent cambium seu faciunt mercantiam quod possint se obligare. Rubrica — xviiij.

Item dicimus et ordinamus

procedi sic etiam de alio.

rum depositis seu rerum de quibus talis filius familias convenerit negotiari. Et illud idem dicimus de mercantia et de omnibus aliis artibus. Excepto quod de nullo filio emancipato habitantis separatim a patre [illegible] Et quicumque de civitate fulginei vel districtu exercere voluerit artem mercantie mercatores transferre debeant dare fideiussores ydoneos communi fulginei recipienti nomine omnium illorum cum quibus facere habuerit de satisfaciendo eisdem omnibus que habuerit cum eisdem.

Quod heredes facientes mercantias et artes [illegible] primo satisfacere communi fulginei [illegible]

De banditoribus communis fulginei et eorum salario. xx

Item dicimus et ordinamus quod tres sint banditores communis fulginei, scilicet de quolibet terzerio civitatis fulginei unus, qui iuret ad sancta dei evangelia corporaliter tacto libro omnia et singula bandimenta et exbandimenta acta et ambaxiatas eis impositas et imposita et imponendas per tempora pro potestatem capitaneum et priores populi et sindicum dicti communis. Et omnia

Deest [illegible]

banditores communis fulginei quilibet eorum de pecunia communis fulginei quolibet anno pro eorum salario et mercede 50 libras denariorum currentium et non plus. Et de ipso salario sint contenti. Nec debeant aliquos facere pignorationes ratione eorum officii. Et camerarius communis qui erit pro tempore possit et teneatur auctoritate presentis capituli absque aliqua deliberatione consilii licentia vel mandato aliorum officialium communis fulginei dictos denarios seu feudum vel mercedem vel salarium eisdem libris ipsorum dare et solvere cum effectu, scilicet in hunc modum: octo diebus ante festum beati feliciani pro prima rata eorum pro ipso festo tertiam partem dicti salarii. Et ab inde ad quatuor menses tunc proximos sequentes aliam tertiam partem. Et elapsis deinde aliis quatuor mensibus aliam residuam tertiam partem. Quam communis dictas quantitates eisdem banditoribus solvere

Quod banditores non possint aliquas facere pignorationes [illegible] pro officio

Quod [illegible] ordine [illegible] banditoribus pro [illegible]

teneantur in terminis prefixis superdictis pro quibus salario et merce-
de ipsis banditoribus solvendis et concessis presenti lege sta-
tuimus et ordinamus quod ipsi banditores abstineant
se ab alijs introytibus ex antiqua lege municipali-
nza et consuetudine habitis videlicet bonorum bladi canipe et
stellarum exceptione quam in futurum facere non presumant
Et si quis ipsorum contrafecerit in recipiendo vel accipiendo
vel accipi faciendo aliquid de predictis blado canipa
sive stellis pro qualibet vice in 100 s. denariorum communi Fulginei ge-
rinet. Item quia cum Franciscus Johannis Cazoni bandito-
r domini communis Fulginei extitit sit et erit pro tempore in honore
domini communis Fulginei statuimus et firmamus quod ipse Fran-
ciscus habeat et habere debeat quolibet anno in festo sancti
Feliciani unum par pannorum similium de bono pa-
nno et colore et de pretio et valore pannorum quos sup-
erius nominati facere debent
dicti banditores alij superius nominati facere debent
et habebunt et portabunt dictis temporibus de pecunia et here communis
et camerarius communis Fulginei qui pro tempore fuerit absque ali-
qua deliberatione consilij vel mandato alicuius officialis communis
Fulginei et sine aliqua sollempnitate teneantur et debeat
dare et solvere in tertiarum effectu de pecunia dicti communis
illam pecunie quantitatem totam pro pannis predictis quam
dictus Franciscus quolibet anno ante festum sancti Feliciani
predicti octo diebus ad petitionem ipsius Francisci pro ut ipsi
panni constiterint et pro eis solvi debebit fideliter
predictum non obstantibus aliquo capitulo statuto populi quod communis
Fulginei quod in contrarium loqueretur aut vel contra positum Et quod
solutio quam predictus camerarius fecerit in predictis ponatur et
scribatur in continenti per notarium camerarii communis Fulginei pro le-
gitima et vera expensa et acceptata dicti communis Fulginei
ac si factum esset et obtentum et firmatum in consilio
generali et speciali communis et populi civitatis Fulginei ad bussulam
pallottas. Item statuimus et ordinamus quod Gerardu-
tius Vannes Cazonis habeat et habere debeat omni anno
a dicto communi Fulginei in dictis terminis illam quantitatem pe-
cunie quam olim dictus Vannes eius pater pro suis salario
et mercede a dicto communi Fulginei temporibus retroactis dum vixit
habere consueverat tamen cum quidem banditores communis teneantur
et debeant pro honore communis Fulginei dominicis temporibus
quolibet die dominico facere cum tubis sollempnitates mati-
natam in platea vel ante communis Fulginei potestati capita-
neo dominis prioribus populi dicte civitatis Fulginei Et in diebus solle-
mpnibus scilicet festivitatis pasche resurrectionis et pente-
costes et nativitatis domini ire et associare cum dictis
tubis portantes pennones in tubis ad arma communis
Fulginei cum dicto domino potestate capitaneo et prioribus dicti populi
quando ire voluerit ad ecclesiam ad missam dictis diebus sollempnibus
Et etiam dicti banditores communis Fulginei teneantur et debeant

Item cum libus consilio generali et speciali communis et populi civitatis Fulginei
et cum libus aliis consilio qui cives in iunctum extitit per dominos
potestatem et confalonerium domini populi sub pena per dominos potestatem imponenda et auferenda. Item quod potestas populi civitatis
Fulginei qui nunc sunt vel pro tempore fuerint teneantur et debeant in dicto viro et pena 100 librarum denariorum nunc curren-
tium ordinare et procurare cum effectu quod in dicta Fulginei
sint tres debeant tres tube de argento pro festo
sancti Feliciani et primum ventura et aliarum festivitatum
et sollemnitatum que erunt pro tempore in dicta civitate. Que
tres tube debeant sonare et resonare penes camerarium
communis Fulginei vel castinent consuetudinem pro honore dicti
communis Fulginei. Item quod dicti tubatores teneantur ~~teneant~~
et debeant ire et accedere ad domum cum libus defunctis
vel defunctis civitatis Fulginei et pronunciare per loca consue-
ta civitatis Fulginei ut solitum est fieri temporibus retro-
actis de morte talis defuncti et notificare officiali
et alia facere et exercere in predictis ut iam facere
consueverunt. Et quod predictis omnibus nil salarii et mercedis
ab aliqua persona petere nec habere possint. Et si
quis ex predictis banditorum contrafecerit in predictis vel in aliquo
predictorum per potestatem pro quolibet ipsorum in et qualibet
qua fecerit in X libris denariorum debeant condempnari. Et
quod potestas domini populi qui nunc sunt vel pro tempore fuerit possit
providere deliberare et ordinare unum et qualiter predictis tubis
emendis pecunia deveniat in communi. Et si aliqua casa-
lena seu edificia essent communis inter aliquos ex quibus
apparerent instrumenta sint rata. 21

Item dicimus et ordinamus pro bono statu civitatis Fulginei
et hominum ipsius civitatis Fulginei quod si aliqua edificia seu
casalena essent vel fuissent hactenus communia inter aliquas
personas civitatis Fulginei vel districtus et ex predictis hedificiis
vel casalenis apparerent aliqua instrumenta communis quod in
ipsis instrumentis plena fides adhibeatur. Et quod nullus
qui emerit vel habet partem in ipsis casalenis vel he-
dificiis possit facere aliquam novitatem vel tenutam
accipere de dictis bonis communibus sine voluntate sociorum
suorum vel aliorum qui partem habent in ipsis bonis sive
casalenis et hedificiis secundum tenorem ipsius instrumenti communis
et si faceret quod non valeat ipso iure et nullum possit
preiudicium esse sociis. Et super hiis potestas qui fuerit
pro tempore intendat summarie et cognoscere debeat
et diffinire talem huiusmodi causam in dicto tali instrumento communi.
Et hoc locum habeat in presenti preterito et futuro. De
pactis monopoliis seu conventionibus non facien-
dis 22

Item dicimus et ordinamus.

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis de aliquo castro seu loco districtus fuerit faceret seu fecerit cum aliquo seu aliquibus civitatis comitatus vel districtionis extitit et monopolium promissionem pactum sive conventionem vel quod aliquis ipsorum non perhibeat testimonium contra alterum seu aliquem non accuset de dampno dato commisso in locis vel castris quibus talis qui districtus fuerit et ipsorum pertinentiis in xxv libr. den. f. p. pro quolibet fuerit condempnetur quilibet eorum per potestatem civitatis Florentie qui pro tempore fuerit. Et si predicta vel aliquid predictorum commissum fuerit seu modo aliquo perpetraretur dicta castra ville seu loca et singuli vel aliquid predictorum quocumque colore quesito quod sindici ipsius ville castri seu loci dicti nostri districtus nomine dictorum castrorum villarum seu locorum talia committentium in quolibet pro vice potestatis in L libr. den. f. p. condempnetur. Et si fecerit aliquid monopolium promissionem pactum seu conventionem de non laborando seu laborari faciendo terram alicuius civis seu comitatensis fuerit commictet in pertinentiis ipsorum locorum vel prope confines ipsorum puniatur pro qualibet vice in xxv libr. den. pro quolibet fuerit solvendo. Et potestas et capitaneus et eorum officiales teneantur et debeant de predictis eorum officiales inquisitionem et maxime vel tormentum facere in inquisitionem et modo quo potest. Et si potestas et capitaneus per publicam famam omni modo quo potest. Et si potestas et capitaneus vel alter ipsorum in predictis fuerit negligentes quilibet eorum qui negligens fuerit perdat de suo salario cc libr. den. f. p. applicandas. Et nullum de predictis hic possit absolutionem consilium vel arengam. Et consiliarius qui consuluerit sint predicti et pena in xxv libr. den. f. p. condempnetur. Et nullum de predictis hic possit absolutionem consilium vel arengam. Et consiliarius sit absolutionem consilium vel arengam et pena consulentes ab eo qui consuluerit contra dictis consiliariis et pena consulentes absolverint in m libr. den. f. p. condempnetur. Ville autem et locatores intelligant a Carbonariis et ultra flumen et toppum currentes usque ad muros veteres dicte civitatis. Et predicta valeant in preterito presenti et futuro.

Quod processus et sententie ac iura et instrumenta et ordinamenta facta pro Corradum Arcestaxii et ipsi in possessionem sint cassa etc.

Item dicimus et ordinamus ad hoc ut nulla ordinamenta et stantiamenta mispariata in nomine facta fuisse pro Corradum Arcestaxii vel pro consules tempore regiminis Corradi regentes a xxx annis citra in damnum fuerit pro quibus hominum dicte civitatis absorbeant nec non favor sive seu arbitrii prioris vel minoris tempore dictorum Corradi consulatus dati et datis et decimum iustitiam gratia vel favore dicti Corradi vel consulum vel alicuius de consulibus extitit temporibus retroactis et quando per in possessionem vel violentiam predictorum vel alicuius eorum favore timore vel nutu et instigatione conventiones sive successionem vel distributionem bonorum inventis et partes robules ad

Pena conventiones [illegible] monopolium [illegible] [illegible] ville castri [illegible] laborare [illegible] officiales [illegible] famam et tortura [illegible]

5 in pº dis hº pº cº 79
Ex cº quinulla [illegible]

13

dandum et solvendum dictam quantitatem alteri parti de bonis suis
ultima testamenta sint facta et ordinata et arbitria lata sint
iniustitiam et contra tutele sint irritis et donationes ordinatis
per potentiam vel negotium predictum vel venditio-
nem iurium et quietationes facte sint ac tutele cassate
et alie donationes facte contractus et alii per simoniam et pravi-
tatem et alii per amicitiam vel dolum vel fraudem predicta
dicta omnia facta sint et ordinata. Et ideo presenti lege statuimus
quod predicta instrumenta seu arbitria vel contractus vendi-
tionum transactionum donationum iurium seu quo-
cumque titulo cessionum vel alterius contractus cuiuscumque ge-
neris ac et instrumenta et quecumque ultime voluntates
et quietationes et liberationes seu quacumque forma et tenore
facte dare decretis vel aliis quibuscumque promissionibus seu
per vim et minas terrore supradicto sint casse cassa irritis
et irrita et nullius valoris et quod a sententia lata in favorem pre-
dictorum vel alterius ipsorum nullum ius acquirat illi pro quo
lata fuerit nec consequi possit ad petitionem cuiuscumque predicte
tis Et potestas et capitaneus et eorum officiales et quilibet eorum
qui fuerit requisitus ad petitionem cuiuscumque petentis
teneatur et debeat restituere predictam lesam et huius-
modi oppressam nisi in pristinum statum dummodo per se
adversus quod predicta petierit ostendat et probet per quos-
cumque testes de publica fama quod predicta facta fuerint
per favorem vel potentiam vel oppressionem seu dolum
vel potentiam vel pecuniam vel qualitercumque maliciose
ordinata fuissent Et predicta locum habeant in pro-
cessibus per quoscumque officiales comunis et populi civitatis Fulginei
factis et probatis super quibuscumque rebus et quascumque per-
sonas prius seu invicem a triginta annis citra Et
predictum capitulum locum habeat et se solummodo extendat
in omnibus casibus tamen Et quod non obstante aliquo sacra-
mento facto in aliquo quorumcumque contractuum venditionum dona-
tionum obligationum seu quarumcumque alienatio-
num seu quietationum seu alterius generis contractus cuius-
cumque seu testamentis vel aliis quibuscumque ultimis volunta-
tibus cum et quod auctoritate presentis sint casse cassa
irritis et irrita et nullius valoris et pro cassis et
irritis habeantur Item quod sufficiat probatio super dicta
facta seu facienda super predictis per quoscumque testes
de publica fama seu per unum testem de visu una
cum duobus testibus de publica fama Et quod lata
sententia super predictis per prefatos dominum potestatem vel capitaneum
seu eorum vel alterius eorum officiales sit licitum illi
pro quo lata fuerit sententia supradicta in continenti sua
auctoritate recuperare tenutam et possessionem dictarum re-
rum sic petitarum in ipsa tali sententia contentarum

Quod gravati tempore Corradi [illegible] possint dari
contra Fulginates de condemnationibus de eis factis et bonis
eis restituendis 24

-B. rom h. 3.

Item statuimus et ordinamus quod si contingeret quod aliquis
vel aliqui de aggrauatis et condempnatis tempore Corradi
anestasy ex eius potentia et fauore ipsius occasione inue-
tiouis ex notatis olim per consilium credentie dicti comunis
fulginei ut patet publico documento committeret aliquod ma-
lefitium vel malitia aliquis ipsorum vel filius vel nepos aut
filii vel nepotes ipsorum aggrauatorum in aliquem vel
aliquos cuius occasione esset vel erunt per potestatem vel
capitaneum vel aliquem ipsorum vel alterius eorum officialium
vel quemcumque alium officialem dicti comunis fulginei condempnet
et condempnabitur in futurum in aliqua pecunie quantitate
et quilibet alius officialis dicti comunis qui
per potestatem et capitaneum et quilibet alius officialis dicti comunis qui
condempnasset ipsum teneantur et debeant inter eorum et pena
25 librarum denariorum pro unoquoque ipsorum de ipsorum salario comunis
fulginei applicandorum et recipere et recipi facere actum comunis
fulginei per ipso comuni recipienti per ipsa condempnatione seu con-
dempnationibus de bonis et rebus eadem sed eis condempna-
tis datis vel restitutis pro sex bonorum hominis olim positos
ad predicta per consilium dicti comunis vel sindicatus dicti comunis
fulginei occasione aggrauaminum vel impositiones factorum
et factarum de eis vel eo tempore dicti corradi per rata seu per
illa quantitate pro qua eis debere vel ipsorum aliquis
datum et satisfactum fuit per ipsum comune et in tantum eos
non possit fieri aliqua executio nisi tantum ex dictis be-
nis eis datis in quibus tantum per ipsum condempnationes
de eis vel alteri ipsorum factis vel fiendis de executione
mandari et non aliter.

Quod sententie et processus et querimonie instituta facta tempore Corradi anesta-
sy pro eius impressione sint cassa et irrita. Rubrica xxv.

Item dicimus et ordinamus quod si aliqua sententia vel
processus vel stantiamenta vel aliqua vendi-
tio vel donatio vel aliquis alius contractus cuius cum-
que lata facta seu factus fuerit a xxx annis citra
quod possit probari quod fuerit factus seu lata tempore cor-
radi anestasy vel in fauorem ipsius corradi vel dicti
monentis per duos testes de publica fama vel per unum
testem de visu et contra et duos de publica fama quod
talis sententia vel processus et stantiamenta et et quicumque contractus
et per cuiuscumque appositis in omnibus supradictis vel aliquo predic-
torum non valeant nec teneant ipso iure sed inuictis partis
capitis sint omnia et singula supradicta et quolibet predictorum du-
mo et dico tempore facta et celebrata auctoritate huius presentis capi-
tuli cassa irrita et cancellata et nullius valoris. Et ad
predicta probanda admictantur quilibet testes et consanguin-
neus dummodo familiaris non sit et quod ad cum non spec-
tet commodum vel incommodum. Et quod potestas et capitaneus et
quilibet eorum et eorum officiales teneantur et ipsorum facere
in possessionem illum qui talis contraxit sententie processus stantiamenta

sicut actus gerisset cuiuscumque ad miserit dimiserit prescriptionem
aliqua non obstante. Et ipsi potestas et capitaneus et quilibet
eorum et eorum officiales eorundem quibus predicta vel aliquid
predictorum fuerit postulata teneantur et debeant exe-
cutioni mandare ad penam .5. librarum denariorum communi fulginei
applicandam pro quolibet ipsorum dominorum potestatis et capitanei
contrafacientium in predictis vel aliquo predictorum

Quod nullus faciat turpitudinem per hostium seu fenestram nisi primo clamet vos qui transitis cavete vobis. Rubrica xxxvj.

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona proiciat
nec proici faciat aliquid brucamen vel turpitudi-
nem vel aliquam aquam de domo vel per hostium vel
fenestram vel profellum. Et si contingeret quod aliquis pro-
iceret seu proicere vellet aliquid predictorum prius respi-
ciat et clamet alta voce vos qui itis per viam ca-
vete vobis. Et si quis contrafecerit in xx. s. den. communi fulginei
condempnetur pro qualibet vice per potestatem seu capitaneum pro dic-
tis et emendet dampnum passo in verum suo sa-
cramento. Et nullus in domum suam vel alterius cu-
iuscumque persone faciat nec proiciat nec fieri vel proi-
ci faciat aliquam turpitudinem brucamen vel letame.
Et si quis contrafecerit pro qualibet vice in xx. s. den. communi fulginei
condempnetur. Et de hoc stetur sacramento accusatoris. Et
si nesciretur persona que hoc fecerit quod dominus loci seu domus
in qua ipsa aqua seu turpitudo proiecta fuerit. Et in
qua dicta turpitudo brucamen seu letame proiectum esset
solvere teneatur ipsum bannum [illegible] dictum bannum. Et
quod nullus possit habere scaraquatorium in aliqua do-
mo seu burgheriolo ipsius domus ita quod dictum scara-
quatorium currat in aliqua viam seu stratam
seu burgheriolum seu casalenum alicuius vicini. Et qui
contrafecerit solvat et solvere teneatur dicto communi nomine ba-
nni pro qualibet vice xx s. den. Et nihilominus dictum tale
scaraquatorium tollere et elevare debeat ad petitionem
illius in cuius preiudicium seu gravamen factum esset. Et si
aliqua pluvialis aqua cadens inter aliquos vicinos
inter quos esset aliquis burgheriolus strictus et of-
fenderet muros seu plancones ipsorum vicinorum
seu alicuius eorum quod officiales communis et ipsius civitatis fulginei
qui fuerint requisiti ad petitionem illius cui talis qui offen-
deret ab ipsa tali pluviali aqua teneantur et debeant
facere fieri bonum et optimum cavamen et quod dicta aqua
fluat in flumen consuetum sine dampno et impedimento
alicuius vicini infra x dies postquam fuerint requisiti et di-
ctum canale seu cavamen debeant consuari. Et de
hoc stetur sacramento petentis. Et si predicti potestas et
capitaneus in predictis fuerint vel fuerit negligentes ad

Pena proicientis de supra aquam [illegible] xx s. nisi dix[erit] [illegible]

Pena proicientis in domum sui vel alterius aliquam turpitudinem xx s. Et [illegible] [illegible] ab illo [illegible] aqua [illegible]

[illegible] turpitudo [illegible] [illegible] stetur sacramento accusatoris [illegible]

Quod nullus habeat scaraquatorium quod currat in aliquam viam vel stratam vel casalenum vel burgheriolum vicinum pena xx s. [illegible]

De aqua pluviali [illegible] burgheriolis vicinorum offendat aliquem [illegible] officiales [illegible] stetur sacramento petentis [illegible]

dictum capitulum executioni mandandum quilibet ipsorum perdat de suo salario 100 libr. den. pub(licorum) Et hoc quod nulla persona audeat proicere aliquam turpitudinem aliquatenus in ultimum sonum campane in angelo(?) que pulsat de sero pro nocte Et si quis contrafecerit in dicta pena debeat condemnari Et idem dicimus in cloacis intra communes(?)

Cloacha

Qualiter novi cives recipiantur per com. Fulginei Rubrica xxvii.

Item dicimus et ordinamus quod novi cives recipiantur in hac forma videlicet quod antequam recipiantur dicti tales teneantur emere in civitate Fulginei aliquas possessiones que describantur in libro communis Fulginei et nulla fraus fiat in ipsis emptionibus quibus factis recipiantur in cives civitatis Fulginei et aliter non recipiantur nec privilegium habeant et a tali die talis receptionis idem talis receptus usque ad unum annum datium vel collectam com. Fulginei solvere minime teneantur Et potestas capitaneus seu rector civitatis predicte ipsos tales receptos seu recipiendos defendat sicut alios cives civitatis prefate et scribantur in libro communis Fulginei et eorum bona appretientur et si aliter fieret non valeant ipso iure Et presenti lege sancimus quod dicta talis receptio talis novi civis non possit nec debeat fieri nisi in consilio generali communis Fulginei et optento primo per maiorem partem consiliariorum in ipso consilio congregatorum et de novo talis receptus non possit nec debeat cogi per aliquem officialem communis Fulginei a die receptionis ipsius usque ad quinque annos tunc proxime subsequentes ad faciendum seu ad sumendum officium denuntiatorum russarum(?) seu grasscie et cultorum datii nec possit cogi ad faciendum baliam(?) Et quod cogatur talis recipiens si emerit aliquam possessionem in civitate predicta vel districtu post suam receptionem Et et venditor per potestatem civitatis Fulginei et eius officiales ad iurandum ad sancta dei evangelia corporaliter tacto libro quod dicta venditio non fit nec celebratur in fraudem communis Fulginei nec simulatur sed talis venditio huiusmodi facta sit seu in postum facienda habeat tamen actum quod affirmabit pro bonis per veram et legitimam probam venditionem nec possit in ea aliquo vitio vel tolli Et si dicta talis receptio aliter fieret quam superius continetur ipsa receptio non valeat nec habeat roboris firmitatem Et quicumque venerit ad habitandum in monasterio(?) rasike(?) vel viciniam et ibi fecerit novam domum si non fuerit nec(?) gaudeat dicto privilegio Et si potestas vel capitaneus contrafecerit in predictis in 100 libr. den. pub. pro quolibet communis Fulginei condemnetur Et quicumque forensis venerit ad habitandum in civitate Fulginei vel in castris ipsius civitatis non teneantur solvere

Nota istas formas primo quod emat aliquas possessiones que debent scribi in libro com. 2o quod fiat in consilio generali et optineat per maiorem partem 3o quod iuret venditor et emptor(?) tacto libro coram potestate quod dicta venditio non sit simulata nec facta in fraudem com. Fulg.

communi Fulginei aliquod datum vel collectam nisi 26 denarios pro quolibet
foculari omni anno. Item quod nullus de comitatu Fulginei solvat pro
se passadium communi Fulginei dummodo iuret ad sancta Dei evangelia
quod non tragat alias res aliorum hominum qui non sunt nostre
iurisdictionis. Item quod quicumque fuerit novus civis et non hab-
uerit domum in civitate Fulginei teneantur emere unam domum
in ipsa civitate Fulginei vel in comunitatem eiusdem ubicumque pla-
cuerit sibi. Item quod ipsi novi cives qui venerint ad habitandum
ad civitatem Fulginei et ad dicta nostra castra seu locarent eiusdem
nostre civitatis debeant poni saltem in libra et appretio communis
Fulginei in 25 libris denariorum. Et si aliqui cives civitatis Fulginei re-
periantur scripti in maiori quantitate in dicto libro seu appretio
quantitatis predicte non solvat datum usque ad tempus superius de-
claratum. Item quod quicumque haberet vel habuerit domum in castro
Rasilie vel in aliis castris dicte civitatis devastata teneatur
et debeat ipsam reficere et reparare ita quod in ea possit co-
mode habitare. Et tales habentes dictam domum in dictis castris
seu aliquo ipsorum teneantur et debeant sustinere honera et
munera sicut alii cives civitatis predicte habitatores eiusdem.
Et si aliquis forensis vellet in dictis castris vel aliquo eorum
facere domum vel ibi habitare habeat immunitatem de non sol-
vendo data et collectas per x annos. Dummodo fuerit de districtu
Fulginei et venerit ad habitandum ibi vel domum fecerit non
habeat aliquam immunitatem sicut habent alii castellani. Et
predicta teneantur predicti tales venientes ad dictam civitatem
Fulginei pro novis civibus facere vel ad dictam civitatem vel eiusdem
districtum ad habitandum infra v menses. Et si non fecerit in c
libris denariorum pena pro utilitate communi Fulginei committat. Item quod quicumque no-
vus civis voluerit facere fieri novam domum novo mu-
ro muratam et cohopertam de coppis vel lastris debeat
habere a communi Fulginei duos pugillos casalorum vel carbonariis
novis in terris Fulginei dummodo dictam domum nemini vendat
nec aliquo alio titulo obliget vel tradat alteri novo
civi pena 25 librarum denariorum. **Qualiter floreni auri expen-
dantur et recipiantur. Rubrica xxviij.**

Item dicimus et ordinamus quod cum florenus auri expe-
ndendis multas questiones et litigia oriantur quod quilibet
in qualibet et pro quolibet derrata et mercantia debeant re-
cipere et expendere florenum auri pro eo pretio quo id cansores civitatis
Fulginei vendiderint. Et si quis contrafecerit et fuerit inventus qualibet vice
in 40 solidis denariorum communi Fulginei committat. Et quilibet possit contrafacientes
accusare et habeat medietatem banni. Et ad hoc ut sciatur

Quod cives non solvant passadium communi [illegible]

Quod novus civis non habens domum ... emat ... in civitate ubi velit. Et debet poni in extimo saltem in 25 libris.

novi cives ... [illegible]

Quod habentes domum in castris civitatis Fulginei devastatam ipsam reparent et isti tales solvant honera sicut alii cives civitatis Fulginei et eius habitatores.

Quod forenses volentes facere domum ... in dictis castris habeant exemptionem datiorum per x annos.

Non immunitatem ... [illegible]

Quod volentes facere domum habeant a communi ii pugillos casalorum.

Nota quod hic ... quod florenus auri ... [illegible]

agentibz potas teneat i(n) d(ic)to m(en)s(e) i. xv dies ap(ri)lis sui re
giminis p(er) civit(atem) fulg(inei) publice facere ba(n)dir(i) Et q(uod)
potas civit(atis) p(re)d(i)c(t)e cogat (et) co(n)stringat i(n) d(ic)to m(en)s(e) (et) a(nte)
(con)sules mercatoru(m) (et) ca(m)psoru(m) civit(atis) fulg(inei) i. t(er)minu(m)
supradictum ut ordinet et eligant quendam bonum
et legalem ho(min)em ex ip(s)is et om(n)es floreni qui fuerit re
cusati debeant ponderari cu(m) boni ho(min)is d(i)c(t)o stet Et
q(uod) si florenus erit bonus p(er) eum a quolibz recipi debeat
et a(n)i(m)o debeat recusari et si fuerit in puncto
Et siquis (con)trafecerit in d(ic)ta pena co(mmun)i fulg(inei) (con)mittet Et
cuilibz liceat (con)trafacientem accusare et habeat medietate
banni p(re)d(i)cti Et q(uod) ille campsor seu bonus ho(mo) electus qui
habuerit pensum co(mmun)is fulg(inei) florenoru(m) an(n)i uno a(n)no
no(n) possit p(ro)x(im)o sequenti a(n)no illud idem offi(ci)u(m) rehabere
nec idem tales bonus homo dictum offi(ci)u(m) d(ic)to seq(ue)nti a(n)no
acceptet si electus fuerit Et q(uod) potas civit(atis) fulg(inei) qui
p(ro) t(em)p(o)r(e) fuerit in p(ri)nc(ipi)o sui regiminis infra xv dies po(st)
p(ena) 50 libz den(ariorum) co(mmun)i fulg(inei) applicandoru(m) teneat(ur) et debeat
dictum cap(itulu)m p(er) loca (con)sueta civit(atis) fulg(inei) pu(bli)ce ba(n)diri facere
ut nulla p(er)sona de p(re)dictis possit p(re)tendere ignorantia(m)

Ite(m) q(uod) p(er) d(omi)nos potes(tates) p(o)p(u)li civit(atis) fulg(inei) qui fuerit p(ro) t(em)p(o)r(e)
teneat(ur) et debeat facere fieri unu(m) sigillum seu bo
llectam cum singio q(uo)d eis videbit (con)venire Et ip(s)um
sigillum seu bollectam dare et assingnare facere tali bo
no ho(min)i mercatoru(m) seu campsoru(m) electo ad ponderandu(m)
[illegible] teneat(ur) et debeat ponderare omnes florenos ei
p(re)sentandos ad ponderandum Et id q(uo)d idem talis cam
psor de d(ic)tis florenis dixerit recondum et declarandu(m)
sit firmum Et siquis iverit ad dictum talem bonu(m)
et legalem ho(min)em campsorem ad p(re)d(ic)ta deputatum cu(m)
aliqua q(ua)ntitate florenoru(m) ad ponderandu(m) et ip(s)os
florenos fecerit ponderari ip(s)i tali bono ho(min)i Et de
in sibi ip(s)i dederit ad (con)s(er)vandu(m) et d(ic)tus talis bonus
ho(mo) d(ic)tos florenos suo iudicio rep(er)erit bonos eos et po
suerit ip(s)os in aliqua tasc(h)etta seu in sacculo sig
illato d(ic)to sigillo seu bullecta Et postq(uam) d(ic)ti floreni
sibi fuerint requisiti p(er) ille tales qui eos ab eo requi
sierint debeat recipe ab eo s(ine) aliqua pode
ratione Et q(uod) ip(s)os tales florenos sic ponderatos (et)
huiusmodi sigillo sigillatos quilibz eos recipe debens
ex quacu(m)q(ue) de ca(usa) debeat a d(ic)to tali facientis eos po
derari et sugellari recip(er)e s(ine) aliqua poderatione p(ro)
eo p(re)tio q(uo)d signus est ex p(re)ssum pena 25 libz p(ro) quolibz
et vice qualibz in quibz p(er) potatem civit(atis) p(re)d(i)c(t)e co(mmun)i
fulg(inei) talis (con)trafaciens (con)mittet.

Q(uod) p(er) capit(ulum) [illegible] sigillo recipere [illegible] valore flor(enorum) [illegible]

Q(uod) fiat sigillum [illegible]

Quod quicumque habet unum starium terre seu minus iuxta aliquem qui teneat a duobus vel pluribus lateribus teneatur ei vendere. Rubrica xxviiii.

Item dicimus et ordinamus quod quicumque habet terram in districtu Fulginei et carbonarias novas civitatis predicte iuxta terram alicuius a quatuor tribus vel duobus lateribus et est unum starium vel minus pro talis huius dicam terram unius starii vel minus circundata a quatuor vel tribus vel duobus lateribus ab uno consortis tunc teneatur eam vendere ipsi suo consorti seu vicino petenti pro pretio prout declaratum fuerit per duos amicos communes ab utraque parte positos seu ponendos. Et ipse talis qui tenet a quatuor tribus vel duobus lateribus huiusmodi terram ut dictum est teneatur emere eam ut dictum est. Et hoc non intelligatur de aliquo casaleno.

Quod nullus rector civitatis Fulginei possit depingi facere in palatiis Fulginei arma sua expensis communis. Rubrica xxx.

Item dicimus et ordinamus quod nullus qui fuerit ad regimen civitatis Fulginei possit nec debeat aliqua sua arma facere depingi expensis communis Fulginei in aliquo palatio vel domo communis vel populi civitatis Fulginei sub pena periurii et 100 librarum denariorum de suo salario in quibus condempnari sindicum communis Fulginei debeat condempnari. Et si camerarius aliquid solveret pro predictis solvat de suo.

De actatura molendinorum communis Fulginei. Rubrica xxxi.

Item dicimus et ordinamus quod quotienscumque occurrerit aliqua expensam fieri debere pro actatura molendinorum communis Fulginei et pro ipsis molendinis quod si camerarius non haberet tunc pecuniam pro actatura ipsorum molendinorum possit de grano seu de coptimis ipsorum molendinorum vendere usque ad quantitatem sufficientem et necessariam ipsi actature.

De ripis fluminum reficiendis et custodiendis. Rubrica xxxii.

Item dicimus et ordinamus quoniam ripas fluminum publicorum reficere et munire utilissimum atque necessarium esse dignoscitur ne mutatis alveis inanes ab ipsis fluminibus damnum seu iniuria inferatur. Idcirco ordinamus quod quatuor homines de plano Fulginei eligantur per dominos priores populi civitatis Fulginei et dominum confalonerium in statute dicti populi singulis annis per octo dies ante festum beati Feliciani. Qui quatuor homines supersint reparationi et constructioni fortium novarum copium et reparationi ipsius fluminis duo quorum hominum esse debeant ab una parte ipsius fluminis et alii duo ex altera parte dicti fluminis. Qui quidem quatuor homines videlicet quilibet duo ex parte sua dicti fluminis teneantur

Ut eligantur quatuor homines qui construant copias quando necesse est et reparentur vide statutum populi R. 155 et 199.

N° Xbus qui tenent qui tenent reparationes

Supstiter pnt i pene pena · x · s · p qualibz · ppli ff· iss· ubi pnt ussq i 100 s· pena i pene

Restitato ppli ff iss de q de pene questant i ope fluminis hic q plnat cam roir

& debeat dictas ripas & formam manutenere & refirmare & si
opus fuerit facere reparari eas quandocumque fuerit oportunum
per homines qui consueverunt venire vel tenentur ad reparatio-
nem dicte forme & ripe quotiens eis vel ipsorum alteri visum
fuerit expedire. Et quod nullus audeat vel presumat per
se vel alium rumpere vel modo aliquo devastare dictam for-
mam seu ripas ipsius pena 50 librarum denariorum comuni Fulginei appli-
canda. Et nihilominus ad reparationem dicte forme & ripe
quam devastaverit per dictos homines realiter et personaliter
compellatur. Prohibemus & quod nullus audeat vel presumat
incidere aliquam arborem stantem in terra, minores dicte
forme. Et qui contrafecerit si de die fuerit in x s. denariorum et
si de nocte in xx s. denariorum pro qualibet arbore nomine pene &
emendationem talis arboris inde sequtura. Et quilibet
possit accusare & denuntiare & stetur sacramento
accusatoris seu denuntiatoris usque in quantitate 40
solidorum denariorum & dicto unius testis de visu et duorum de publica
fama deponentium usque in 100 solidos denariorum. Et quod nullus
cuiuscumque conditionis existat qui presumat murare aut
devastare aliquem terminorum dicte forme sub pena 50
librarum denariorum. Et nihilominus terminum quem devastasset suis
expensis in loco debito reficere compellatur. Et si quis fe-
cerit aliquem fossatum in confinio inter agrum et formam
teneat terram suam quam de dicto fossato effoderit per
habere & tractare de terra ripas forme predicte ad penam
100 librarum denariorum. Et quilibet possit de predictis & quolibet predictorum
accusare & denuntiare contrafacientem. Et baiuli comunis Fulginei
teneantur et debeant in executionibus dicti officii predictis hominibus
obedire in hiis que ipsi baiuli per ipsos homines occasione dicti
officii possint hominibus de plano Fulginei penas & banna im-
ponere pro vice qualibet x s. denariorum. Et de inpositione dicte
pene & banni stetur & credatur dicto dictorum hominum vel alte-
rius eorum. Et dicto seu relationi nuntiis comunis Fulginei
pena quam imposuerit per se vel alium seu alios possit
de facto ab inobedientibus auferre et exigere et adimpleri
comuni Fulginei facere pervenire. Et potestas capitaneus &
omnes alii officiales comunis & districtus Fulginei teneantur
& debeant in eo in quantum prestare auxilium et favorem ho-
minibus supradictis in exercendo officio supradictum

R^a xxxiiij.

De Baiulibus adinstandis — — — — —

Item dicimus & ordinamus quod omnes baiuli seu baiuli
civitatis Fulginei & districtus custodiam civitatis in quibus
civitas Fulginei dividitur quolibet anno in mense ian. in dividitur tempus de-
beant boni & fideliter ad instantiam preter bonos homines
& legales de quolibet terzerio unum eligendos per duos
priores populi civitatis Fulginei qui debeant sigillari ipsos
baiulos sigillo comunis Fulginei s. libro Et quilibet dominus

et districtu Fulginei volens in eum defferre ipsum vinum de-
ferat cum ipsis barilibus ad instatas et sugillatas et non
cum aliis. Et potestas et capitaneus teneantur mictere facere bandum
per loca solita civitatis Fulginei uno mense ante in domenica
tempus ut ab hominibus publicetur. Et siquis contra fecerit in .v.
solidos denariorum vice qualibet communi Fulginei condempnetur. Et quilibet possit
contrafacientem accusare et habeat medietatem banni et nomen
accusatoris teneatur secretum. Item quod camerarius communis Fulginei teneatur
facere seu fieri facere duas brocthas de terra bene cum
tratas et legalitatas ad instatas ac et petittum me-
dium petittum, tertium et folglietam ad instatas
quas et quos dictus camerarius tenere debeat in camera dicti
communis pro conservatione sanguinorum vini. Que brocthe
debeant esse .xv. petittorum. Et quod salma parva sit
et esse debeat capacitatis quatuor dictarum broctharum.
Et quod per dictos potestatem [illegible] civitatis Fulginei eligatur unus
bonus homo qui faciat dictos bariles ad instatas et sug-
illatos sugillo communis Fulginei et eo signo quod inde debetur sibi
et non vendat sed exigat pro communi Fulginei a quolibet facientes
ipsos bariles sugillari vi denarios. Et quod dicti bariles bini
debeant esse [illegible] et si sentiuntur diminuta seu [illegible]
fectos nullo modo admittant nec sugillent. Et talis
bonus homo habeat pro suo salario et mercede pro predictis illud
quod videbitur dominis prioribus dicti populi qui fuerint pro tempore. Item
additum fuit dicto capitulo quod potestas populi qui pro tempore fuerit
teneatur et debeat eligere et ponere unum bonum et lega-
lem hominem vel plures prout dictorum priorum placuerit voluntati
cum illo salario statuendo per eos qui debeant seu
debeant extrahere dictos batos. Qui bonus homo vel ho-
mines sic electi teneantur et debeant dictum [illegible] facere
bona fide et sine fraude et iuste et si post dictum sangui-
num sic fuerit reperient ipsi bati vel aliquis ex ipsis batis
esse minoris capacitatis quam esse debeat vel ultra formam
statuti civitatis Fulginei quod dominus potestas qui pro tempore fuerit debeat
ipsum talem bonum hominem vel homines sic positos cogere ad
solvendum communi Fulginei xxv libras denariorum pro qualibet vice et qualibet
bato reperto xxv libras denariorum ad manus camerarii dicti communis faciat
devenire de facto et absque aliqua scriptura ad petitionem
cuiuscumque petentis. Et pro dicto sanguinio accipiat vi denarios
et non ultra pro sigillatura cuiuslibet paris batorum. Et similiter
dictos sex denarios pro quolibet pari dicti sugillatores pro dicta
sugillatura accipit in .xx. solidos denariorum communi Fulginei condempnetur
de quibus xx solidos denariorum .x. solidos debeat habere ille vel illi cui vel
quibus fuerit acceptum et alios .x. solidos applicentur communi Fulginei
[illegible] per potestatem debeat condempnari absque
aliqua scriptura ut supra continetur. Et de dicto super-
fluo accepto stetur accusationi et dicto cuiuscumque persone

exceptis solummodo corporali vel adeo tali accusatori ab
sque aliqua alia probatione. Et predicta potestas et eius offi
ciales teneantur ad petitionem cuiuscumque conquerentis contra
ventionem predictam ad penam predictam exigendam. et so. libr. den.
pro qualibet vice in quibus tempus sindicatus debeat condemnari.

Quod nullus moveat litem alicui affrancato — — Rubrica xxxiiii.

Item dicimus et ordinamus quod pro libertate et statu paci
fico et franchitia hominum civitatis et districtus Fulginei
manutenenda et conservanda ita quod libertates seu affra
chitie valeant animum et turbari. Quod nullus de
civitate vel districtu Fulginei cuiuscumque conditionis et status existat
audeat vel presumat movere vel moveri facere litem aliquam
vel controversiam alicui nomine et occasione homagii vel homi
nitie alicui persone vel loco qui vel hominitie vel homagii
hactenus fuerit obligatus si ab illa homanitia vel homagio
fuerit obligatus seu fuerit affrancatus vel liberatus nec alicui
alii qui de bonis et rebus mobilibus vel immobilibus que fuissent dicti
affrancati ante vel post dictam affrancationem et liberationem seu libertatem
tenet vel possideret quocumque modo vel titulo vel causa sive occa
sione bonorum que post talem liberationem seu affrancationem fuerit
affrancato vel eius heredi heret seu possideret aliquo ti
tulo vel causa sive occasione bonorum que post talem liberationem seu
affrancationem fuerit acquisitus quocumque modo vel vel
causa solvat comuni Fulginei nomine banni · 100 · libr. den. pro quolibet. In quibus
per potestatem sub ad missione sui salarii si negligens fuerit
puniatur debeat condemnari premissa sola citatione facta de tali
affranchato vel liberato vel de suis homanibus vel de tali qui
possideret vel heret vel vel causa de bonis dicti talis affran
cati vel liberati et heredum ipsius que sola citatio pro plena pro
batione habeatur et sufficiat in predictis et quolibet predictorum. Et quod
nullus audeat vel presumat tenutam et possessionem in
trare de bonis et rebus dicti talis affrancati seu liberati vel eius
heredum vel alicui alterius qui possideret vel homagii vel
homanitie sive litis mote occasionibus supradictis vel aliqua
earum et si contra fecerit in predictis vel in aliquo predictorum aliquis po
testas vel capitaneus et quilibet eorum contentum et dimissum
sic quod ecclesia et porta fuerit eorum eis teneantur et debeant
talem affrancatum liberatum et alium vel alios qui depredas

bonis haberet seu possideret ut dictum est et in ipsis bonis
et possessionibus ex quibus extitit liberatus seu affrancatus. Et
in aliis que post dictam talem affrancationem acquisiverit
vel habuerit et ab ipso domino suo seu ab alio qui actenus
fuit dominus eius defendere et manutenere ut melius sci-
verit et noverit ad eorum officium pertinere. Et quicumque
predicta vel aliquid predictorum fecerit vel noverit in talibus mi-
nisterius admittat nec audiat. Et illum vel illos qui
ex predictis bonis aliquo titulo vel iure possideret ab omni
molestatione inquietatione turbatione seu lite questione
seu de exactione dampnis omnibus interesse et expensis penitus
modis omnibus facere observare et liberare indempnes et immunes dicti
affrancati vel eius heredum vel illius qui ex predictis bonis
que fuerunt dicti affrancati vel post talem affrancationem
cum eo seu aliquo titulo possideret fuerit delazatum.
Et predicta omnia et singula locum habeant et plenum robur
optineant a x annis citra proxime preteritis et in presenti et in futuro
capitulo aliquo tam populi quam communis seu aliquorum consiliis reforma-
tionibus aut vel retro positis non obstantibus. Et hoc capitulum
volumus esse precisum nec aliquo derogari quin sint et
remaneat stricti iuris et nulla debeat interpretationem
recipere et ita intelligatur et exequatur ut superius scri-
ptum est. Quod nullus cooperiat domum de lesca. Rubrica xxxi.

Item dicimus et ordinamus quod nullus cohoperiat do-
mum de lesca a muris vel extra civitatis Fulginei
intus nec apportet starzam seu zeralia fenum nec
paleam ab una salma supra in civitate Fulginei. Et
quicumque fecerit in xl solidos denariorum communi Fulginei condempnetur. Et cui-
libet possit contrafacientem accusare et habeat medietatem
banni. Quod nullus proiciat seu faciat aliquam turpitu-
dinem seu inmunditiam in aliqua ecclesia seu eius ambitu. Rubrica xxxii.

Item ut turpia seu sordida et inmunda in ecclesiis et
eorum vel earum ambitu et circuitu ad quas ecclesias
recurrimus ut mundam animam et tribuamus saluta-
ribus sacramentis. Et demum post presentis vite exitum cor-
pora nostra recondamus vel recondimus pro indice

nec committatur et fiat turpitudo aliqua in eisdem de ingenium fore credimus et contrarium rationi. Idcirco penitus prohibemus edicto quod nulla persona audeat vel presumat in dictis locis fetida sordida inmunda et turpia aliqua tenere facere et precipue fetida que de humanis corporibus emictuntur vel proicere seu committere. Et si aliqua persona contrafecerit si in civitate in c solidos denariorum; si in comitatu vel in circuitu per tres muros civitatis per duas medietates mensurando a muro dicte civitatis in x solidos denariorum communi Fulginei incurrat qualibet committente. Et ut hoc salutare statutum executioni debite demandetur iniungimus et mandamus ac etiam committimus nec capitis priori civitatis Fulginei et eius officiales faciant et facere teneantur et debeant in locis predictis facientes fieri facere inquisitionem in forare et per communia nos inquirere qualibet ebdomada et inventos culpabiles cogere in certam diem de facto ad solvendum penam predictas. Et quilibet possit contrafacientem accusare et denuntiare cuius sacramento stetur et credatur et habeat medietatem banni dummodo denuntiet vel accuset antequam per ipsos officiales sit inventum vel ad eorum notitiam pervenerit quoquo modo. Quod capitis predictus in principio sui regiminis teneatur per civitatem Fulginei per loca consueta eiusdem facere publice bandiri. ¶ Item quod nulla persona dum misse celebrantur intret ecclesiam Sancti Feliciani cum aliquo canestro cesta seu alio inmoramento in capite pena v solidos denariorum. Et cuilibet sit licitum accusare et capere et deponere dictum canestrum seu cestam de capite impune.

¶ Quod quicumque tenentur ad eorum hospitia seu domos ascendunt vel descendunt per unicas scalas non possint vendere — Rubrica xxxvij

Item dicimus et ordinamus quod si plures domini Fulginei ad eorum hospitia seu domos per unicas scalas ascendunt et descendunt seu ascenderint vel descenderent in futurum quod nullus ipsorum consortium debeat locare ad pensionem nec alio modo habitationem domus seu domorum suarum sic confinatarum et dicte alicui forensi vel de suspicatione sit quod sit male conditionis vel sit alterius conditionis cuius est vel sit alter eius conianus consors. Et quod aliquis forensis vel cuius domum sic confinata non debeat ad pensionem nec aliquo alio modo conducere nec in ea habitare nec ins hi-

tationis arcipe secundum licentiam et uoluntatem talis contractus et
contrafecerit tam locator quam conductor uel laborator uel ins
recipiens incurrat qualibet in xxv libris denariorum pro quolibet comuni Fulginei
condempnetur. Et super predictis iudex malleficiorum procedere debeat
ad petitionem cuiuscumque petentis.

De flumine quod uadit per Vallem Capudacque — Rubrica xxxviij.

Item dicimus et ordinamus quod flumen quod uadit per ualle capud acque nec inferat magnum dampnum in uilla desuper de
ualles capud acque usque in domibus ipsius uille et turris et span
ditoriis et iis in dicta contrata deuastatis quod quandocumque flumen
crescit homines comode ire non possunt per ipsos nisi uadant
per aquam ipsius fluminis quod homines capud acque sic a parte de ua
llis faciant unam bonam carbonariam non multum cupam nec
amplam ut aqua ipsius fluminis ibi habeat bonum cursum
et incipiat dicta carbonaria a parte terre polini raynerii et
ducatur recte usque ad terram petri corradi et illis per quos
expanditoria carbonaria fieret detur emendam pro damno quod
fieret eis occasione dicte carbonarie aliud per quod uadit nunc
dictum flumen ubi possint pannos expandere sicut ibi. Et hoc
teneatur facere fieri potestas ciuitatis Fulginei per homines dicte uille
capud acque per illos quorum domos et terras et spanditoria dic
tum flumen offendere consueuit. Et ipse potestas modo modernus
teneatur hoc facere fieri infra duos menses a principio sui regimi
nis si de predictis fuerit requisitus.

De porcis et [illegible] non retinendis in ciuitate Fulginei Rubrica xxxviiij

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona audeat mic
tere uel presumat per ciuitatem Fulginei uel accerchis nouis
intus aliquem porcum seu scrofam infra terram uel ansc
ntis. Et quicumque contrafecerit incurrat qualibet pro quolibet ipsorum animali
x solidos denariorum comuni Fulginei condempnetur. Et potestas et capitaneus teneantur
et debeant modo moderno et pena xxv librarum denariorum de eorum salario
omni ebdomada mictere familiam ipsorum cum uno ex
ipsorum notariis per ciuitatem predictam cercando per predictas. Et quos
inuenerint culpabiles in predictis in dicta pena condempnare. Et
predicta teneantur banniri facere primo mense sui regimi
nis ut homines bene sciant. Et nihilominus notarius dampnorum
datorum dicte ciuitatis de predictis et quolibet predictorum possit
teneatur et debeat inquirere et reptos culpabiles in dictis
penis condempnare.

De cuppis et mactonibus et eorum forma — — Rubrica xl.

Item dicimus et ordinamus quod quilibet mactonari-
us communis Fulginei et districtu teneatur et debeat
facere coppos longitudinis trium sommissorum et latitu-
dinis unius palmi a capite ampliori et de tractos sic
fiant et grossitudinis unius digiti et per totum grossi in
qualibet parte. Et debeat facere mactones et planellas
bonas et longas uno pede ad manum iusta hominis et amplas
uno sommisso et mactones grossos duobus digitis ad di-
gitum grossum. Et qui contra fecerit solvat communi Fulginei 25
libras denariorum in quibus per potestatem seu capitaneum debeat condempnari.
Et nihilominus de eos coppos et mactones et planellas ad di-
ctam mensuram facere teneatur. Et nullus petraiolus
possit vel debeat vendere aliquem lapidem ad numerum
centinarii nisi fuerit longus lapis uno pede et gro-
ssus quinque digitis ad minus. Et si aliquis esset minoris
mensure supradicte debeat in uno centinario dare duos pro
uno. Et qui contra fecerit vice qualibet solvat communi Fulginei .100.
solidos denariorum pro pena. ¶ Item quod quilibet de districtu Fulginei qui ligna
vendit debeat facere et incidere ac vendere stellas saltem
longas ad minus tribus pedibus. Et qui contra fecerit solvat communi
Fulginei vice qualibet .xx. solidos denariorum. Et potestas et capitaneus presentes
teneantur et debeant in dicto initio sui regiminis per
bannum facere bandiri per loca consueta civitatis Fulginei et comitatus
hoc statutum facere observari. ¶ Item teneantur facere adiustari
ad mizinghum de lingo ferrato communis Fulginei omnes et sin-
gulas mensuras illorum qui vendunt mensura calcinam et ipsas
adiustatas sigillari facere ad sigillum communis Fulginei. Et qui-
libet de civitate Fulginei vel eius districtu vendens calcinam
teneatur vendere et mensurare ad dictas mensuras sigillatas
et adiustatas et ipsam mensuram cum linea non rasam dare.
Et qui contra fecerit in 100 solidis denariorum communi Fulginei debeat
condempnari per dictum dominum potestatem. ¶ Item quod cam-
erarius communis Fulginei et priores dicti communis Fulginei teneantur fa-
cere fieri mensuram et formam copporum et mactonorum pre-
dictorum cum ferro cum quibus possint et debeant dare macto-
nes et cuppi mensuram nec non ipsam mensuram et formam
copporum mactonorum facere designari et in tegalibus

De cuppis planellis et mactonibus vide statuta populi f. 45

De mensura lignorum vendendorum

De mensura calcine et quomodo et cum quo mensuretur

i(n) platea co(mun)is fulg(inei) in quodam lapide co(n)tinuo existe-
nt(e) i(n) ipa platea et i(n) unu(m) m(en)sem post q(ua)m erit i(n) off(ici)o
Et si in p(re)d(ic)tis fuerit negligens p(er)dat de suo sala-
rio · x · libr(as) den(ariorum) · co(mun)i fulg(inei) applicand(as). Et p(re)dictus cam-
rarius · i(n) · x · dies in p(ri)ncipio introytus officij d(omi)ni capitanj
p(ro)p(ter) p(re)d(ic)ta vel eius vicarij teneat(ur) et debeat dare et assin-
gnare ipam in s(crip)tura seu foram copport et ...
ipi d(omi)no capit(ane)o seu eius vicario ut p(re)d(ic)ta o(mn)ia melius
et salubrius observentur

De exercentib(us) et exercere volentib(us) artem lane i(n) civitate fulg(inei). R(ubric)a · xlj ·

Item dicimus et ordinamus q(uod) cum non modicum
comodum et utilitas eveniret pot(est) vel poss(et) cuilib(et)
habitatori civitatis fulg(inei) si in ipa civitate artem
lan(e) p(er)sona aliqua exerceret q(uod) potestas et capit(aneus) civit(atis)
fulg(inei) qui fuerit p(ro) t(em)p(o)re in dicto in(?) et ad pena(m) et banu(m)
100 · libr(arum) den(ariorum) · de eor(um) salario p(ro) quolib(et) eor(um) teneat(ur) et de-
beat dare et assingnare cum effectu o(mn)ib(us) et singulis foren-
sib(us) dicta(m) artem lan(e) i(n) civit(ate) fulg(inei) exercere volentib(us)
et p(ro) quolib(et) ipa(m) artem exercere volenti domu(m) vel
t(er)renu(m) ad faciendum tiratoriu(m) et telandrum s(ine) ma-
liquo p(re)tio et facere fieri debeat p(re)d(ic)ta ex(pen)sis co(mun)is
fulg(inei) et dari facere tali artem p(re)dicta(m) exercere volent(i)
cum effectu unu(m) tiratoriu(m) et unu(m) telandrum valore(m)
Pena non tenentis iustas pesas ferreas etc. x lb.

debent tenere iiii pesas sub pena xx s.

Saggium des fi quolibet mense per capitaneum ... hic tradita ... ponderent fugiendi ... ordinamus etc.

tanto pretio possint debeant et teneantur vendere
et vendi facere qualibet die carnem habitatoribus civitatis
capitulis et mitioris ipsarum bestiarum que ponderari
non debent. Et si capitulus negligens fuerit in
fieri faciendo dictum sagium incurrat qualibet vice qua contrafecerit
in 100 libr. den. per sindicum com. fulg. debeat condempnari.
Et teneatur camerarius com. fulg. modo inventario et pena x
libr. den. ad petitionem cap. vel suorum officialium teneatur et
debeat solvere denarios pro bestiis sagiis. Et ipse capitulus
et sui officiales possint dictum camerarium cogere
et constringere ad solvendum denarios pro dicto sagio. Et
teneantur et debeant dicti macellarii dictas carnes
et ipsarum qualibet vendere et vendi facere pro eo pretio et
quantitate quo factum fuerit sagium. Et qui contrafecerit
incurrat qualibet vice in 100 s. den. com. fulg. per capitulum dicti populi
condempnetur. Et nullus vendat nec vendi faciat nisi
bonas et decentes et sanas carnes et non morbosas. Et quod
nullus det seu vendat unas carnes pro alteris. Et
qui contrafecerit incurrat qualibet vice in xxv libr. den. com. fulg.
debeat condempnari. Item ordinamus quod carnes que
ponderantur pro sagio faciendo ponderentur fulg. de... Et
quilibet macellarius teneatur et debeat dare pesas
carnium integras et legales et non manchas. Et qui da-
ret pesam mancham in x libr. den. incurrat qualibet vice
com. fulg. condempnetur. Et quilibet possit contrafacientem ac-
cusare et habeat medietatem banni et credatur sacra-
mento accusatoris cum uno teste. Et quod nullus ma-
cellarius audeat vel presumat macellare nisi in suo
terzerio. Et qui contrafecerit incurrat qualibet vice in v s. den. com.
fulg. debeat condempnari. Item dicimus et ordinamus
quod in qualibet porta civitatis fulg. fiat unus custos qui
debeat custodire ne apportentur carnes morbose ad civi-
tatem fulg. ad vendendum. Et si quis apportaverit
ipsas carnes morbosas ad vendendum tam emptor
quam venditor in 100 s. den. com. fulg. condempnentur. Et
custos et quilibet alius possit contrafacientem accusare et
habeat medietatem banni et eius nomen teneatur secretum.
Item quod si aliquis de civitate fulg. habuerit pesas falsas
et pesum falsum solvat bannum in statuto populi contentum
quod loquitur de ponderibus. Et dicti macellarii teneantur et debeant
dare et vendere cuilibet volenti emere vel petenti de quibus-
cumque carnibus et de quocumque membro emptor vel petens

Pena capitanei non facientis sagium qualibet vice 100 libr.

Quod vendant carnes pro pretio dicti sagii pena 100 s.

Pena vendentis carnes infectas vel non bonas vel dantis unas carnes pro aliis 25 libr. et vide statutum ...

Pena dantis pondus diminutum x libr. et pro pretio

Pena portantis carnes morbosas ad civitatem fulg. ad vendendum

Pena macellarii non dantis carnes quas quis petit et de illo membro quo petit 100 s. et stat iuramento querelantis.

velueret quas carnes ipsi marcellarii tenent in banchis
vel extra apotecam in quocumque loco. Et quicumque contra fecerit
incurrat qualibet vice in .100. ß den. communi Fulginei condempnetur. Et quilibet
possit contrafacientem accusare et credatur suo sacramento.
¶ Item quod consules marcellariorum qui nunc sunt et qui pro tempore
fuerint ipsi vel alter ipsorum per se vel alios non possint man-
dare vel imponere alicui marcellario ut non marcellet aut
quod marcellet aliquas carnes ad penam .100. ß in quibus con-
trafacientes incurrant qualibet vice condempnetur. Et nichilominus ipsum ma-
datum vel preceptum non valeat nec teneat ipso iure.
Nec marcellarii ipsum mandatum teneantur observare. ¶ Item
quod dicti marcellarii non habeant nec habere debeant aliqua
ordinamenta contra commune Fulginei que si haberent non valeant ipso
iure ß et nunc auctoritate presentis capituli sint cassa et vana
et nullius valoris. ¶ Dicimus et ordinamus quod si ali-
quis marcellarius insurgeret contra aliquem pro tempore vel
occasione supradicta.

Quod marcellarii non habeant ordinamenta contra commune [illegible] non valeant.

teneatur facere observari sub pena centum librarum denariorum de suo salario
in quibus si negligens fuerit debeat penitus condempnari. ¶ Item quod
carnes anguinas debeant vendi secundum modum traditum vel tradendum per
capitum rectores qui pro tempore erunt. ¶ Item quod dicti marcellarii tene-
antur et debeant stantarellas catena ferrea et lignea intus
banchas eorum habere et tenere ita quod transeuntes non possint dam-
num vel in aliquo modo substinere. Et qui contra fecerit in retinendo
dictas stantarellas vel unam earum extra dictam bancham incurrat
qualibet vice in .xx. ß den. communi Fulginei condempnetur.

Carnes ignote quomodo vendantur.

Quod stanghe et lignea marcellariorum sint intus bancas pena xx ß [illegible]

¶ Quod nullus emat carnes morbosas nec mictat ipsas carnes in civitate Fulginei. Lxxiiii.

Item dicimus et ordinamus quod nullus emat vel emi faciat
carnes morbosas vel aliquod animal morbosum. Et si quis contra
fecerit solvat communi Fulginei 25 libras denariorum. Et nichilominus si tales
carnes alicui habitatori civitatis Fulginei vel destructus vendideret

Pena ementis animal morbosum et etiam alteri vendentis in civitate carnes.

et emptor sive emptores sic propter dictas carnes morbosas aliquod dampnum inde passus vel passi fuerint potestas et capitaneus et eorum iudices vel alter ipsorum teneantur et debeant ad requisitionem emptoris compellere venditorem ad emendandum dampnum quod passus fuerit emptor sive emptores occasione ipsarum carnium quas emisset ab eo. Et de tali dampno stetur sacramento emptoris. Et quicumque invenerit ipsas carnes possit sine pena et banno auferre deferenti. Et quod nullus macellarius emat carnes porcinas vivas nec mortuas morbosas. Et cuilibet liceat venditorem ipsarum carnium accusare et habeat medietatem banni et alia medietas sit comunis. Et nullus

ipsas carnes dummodo significet quod tales carnes morbose non sint quod (?) post predicta non faciat quod si fecerit admictant carnes et bestias. Et quilibet possit contra facientem accusare et habeat medietatem banni et contra facientibus auferre carnes sine pena et banno et habeat medietatem carnium et bestiarum. Et quod nullus vel aliquis comitatensis ad portet ad civitatem aliquas carnes morbosas. Et qui contra fecerit in .25. libr. den. comuni Fulginei condempnetur et in totidem emptori ipsarum carnium. Et si quis emerit aliquem porcum semminutum credens quod ille qui vendiderit talem porcum dicere debeat emptori antequam vendat quod ille porcus est semminutus. Et si non dixerit potestas et capitaneus et eorum officiales teneantur et debeant cogere talem venditorem talis porci semminuti ad restitutionem pretii iam accepti emptori et ad recipiendum ipsum porcum dummodo quod talis emptor porci semminuti fecisset ei eo signum quod post factum signum si forte complacuerit non possit cogi ad restitutionem pretii iam accepti. Et alio quod vendito fieri macellariis valeat sive factum fuerit signum sive non. Item quod nullus macellarius possit nec debeat vendere carnes semminutas. Et qui contra fecerit in .x. libr. den. comuni Fulginei condempnetur. Et nihilominus debeat dictas carnes statim quod inventae fuerint an bancham in loco in quo vel in qua sederent comburi.

Ut nullus de civitate Fulginei vel districtu emat pisces causa revendendi eudos. — — — — Rubrica LXXI.

Ut nullus ducat ad civitatem carnes morbosas pena ut ...

De porcis semminutis et alius ... semminutis non vendendis.

Item dicimus

S. xxv h. 3.

Item dicimus et ordinamus quod nullus de civitate Fulginei vel aliquis districtualis emat pisces causa vendendi vel emi faciat in civitate Fulginei vel aliquis districtualis causa revendendi eundem nec debeat aliquis forensis

Nota hic contra certos piscarolos emere pisces vel alia causa revendendi ... ... et quod pizicaroli hospites et tabernarii emere causa revendendi etc.

Item quod omnes pisces qui venduntur in civitate Fulginei pulli, caseus, ova et venationes debeant vendi in platea nova civitatis Fulginei. Et quod nullus pizicharolus hospitator vel tabernarius debeat emere in hora nona ac tenere de dictis derratis et rebus ultra decem soldatas sine licentia capitis. Et si quis contra fecerit incurrat quolibet libras in .xx. soldos denariorum communi Fulginei committet. Et quilibet possit contra facientem accusare et habeat medietatem banni et contra facientem accusatoris teneatur secretum. Et quod nullus forensis tabernarius vel hospes et pizicharolus debeat ire ad aliquam portam vel extra portam civitatis Fulginei ad emendum venationes pullos caseum ova anguillas nec ... predicta possint emere hora qualibet in platea qualibet et in qualibet strata a strata communis inferius. Et si quis contra fecerit solvat vice qualibet .xl. soldos denariorum pro pena. Et quilibet possit contra facientem accusare et habeat medietatem banni. Et capitaneus teneatur in dicto mense facere preconizari per civitatem Fulginei omnia supradicta. Et teneatur mittere qualibet die sabbati unum vel plures de berroariis suis ad portas Spelli et ad portam Abbatie ad inquirendum et videndum si invenerint aliquem contra predicta facientem et illos quos invenerint contra facientes punire debeat in dicto banno cuius banni medietas sit communis et alia banni medietas sit accusatoris et denunciatoris et nulla persona.

Quod pizicaroli hospites tabernarii possint emere ... pisces pullos et venationes ... post ... hora nona ... et quod illi forenses ... pena ...

Quod nullus forensis tabernarius hospes vel pizicarolus emat caseum ova pullos et venationes ... ad portas vel extra civitatis Fulginei ... in platea etc.

16

.. Sat ...

publice tenere et habere in apotecam ipsorum et non intus
apotecam seu domum. Et qui contra fecerit in xx s.
den. incidat qualibet contrafecerit. Et quod nulla persona civis
vel forensis cuiuscumque conditionis existat emat vel emi
faciat aut vendat vendi vel vendi faciat par per-
nicum ultra duos anconitanos de argento et lepo-
rem ultra x soldos. Et qui contra fecerit tam emptor
quam venditor in xx s. den. cois fulg. incidat qualibet de-
beat contrafacere. Et quilibet possit contrafacientem accusa-
re et denuntiare et habeat medietatem banni. Et sta-
tuimus quod nulla persona vendat vel presumat lepores perniccs
et quaslibet alias venationes extra vel extra fieri facere ex
civitate fulg. et districtum pro se vel alium. Et qui contra fe-
cerit puniatur in 100 s. den. Et cuilibet liceat contrafa-
cientes accusare et denuntiare et habeat medietatem
banni. Et nihilominus tales extrahens perdat lepores perni-
ces et quaslibet alias venationes quas extraxerit. Et
quod capitaneus hoc capitulum in singulis mensibus ipsum observare
teneatur pena periurii mihi et 25 libr. den. de suo
salario retinendorum per camerarium cois fulg.

Quod quilibet panifacula teneatur facere panem bonum et bene cop-
tum — Rubrica LXXVI

Item dicimus et ordinamus quod quelibet panifa-
cula revenditrix panem faciat et fieri faciat
bonum et mundum panem et bene coctum et habere
debeat bonos et nectos pannos ad cooperiendum et fa-
ciendum panem et non tenere coctham nec pannos
ad furnandum nec dicere fornariis quod extrahant panem
de furno antequam sit bene coctus. Et teneatur sedere
in platea veteri cois fulg. subtus trasannam cois
sitam ante scalas palatii populi et dare quolibet anno pro
qualibet ipsarum morantium et stantium pro pensione dicte
trasanne cois fulg. xx s. den. Et quelibet ipsarum habeat unam
tabulam uno pede longam in qua habeat canestrum
cum pane et non debeant filare ad furnum. Et quod quelibet

Piscium, leporum et perniciis pena xx s. si plus vendant

... extrahat de districtu fulg. ... lepores et alias venationes ... 100 s.

... panifacule filare ... debeant habere bonum panem et bene coctum et mundos pannos ad furnum ...

panifacula et quilibet alius volens panem vendere secundum vendat
saginam factam seu faciendam per sagiatores. Et si quis
contra fecerit in v. solidis denariorum monete qualibet contrafactione condempnetur. Et quod per duos
potestates populi dicte civitatis Fulginei eligantur duodecim civitatis Fulginei
qui sint boni sufficientes et legales quorum officium du-
ret per sex menses qui faciant sagiam et provideant cum
ponderis debeat esse panis qui vendetur et quantum et
quo vendi debeat per ipsas panifaculas. Qui omnes in eorum
eorum officio bene et legaliter exercere promictant. Item
retineatur tale providere quod sicut crescit et decrescit
pretium grani ita crescat et decrescat pretium panis
et secundum sagiam quod ipsi fecerint capitaneus teneatur ipsis pa-
nifaculis vendi facere et ab ipsis integraliter observari.
Et si non observaverint puniantur in supradictis penis.
Et quod occasione alicuius excessus seu delicti quod committerent
per ipsas panifaculas vel aliqua ipsarum non possint nec
per ipsas panifaculas intrare palatium capitanei nec intrare potestatem
debeat intrare in scalis dicti palatii. Et quod capitaneus vel eius officia-
les qui ipsas duceret vel faceret ducere sine commicterent
qui intraret per qualibet vice quam fecerit puniatur
in x. libris denariorum pro pena pro quibus debeat ipse
sui sindicatus condempnari. Et si supra panifacula suppo-
sita fuerit ultra venerit vel intraverit xx. solidis denariorum monete qualibet dic-
te vice et sui officiales de facto auferant et ad manus
capitanei et civitatis Fulginei faciant devenire. Et possit tamen ca-
merarius comunis Fulginei mandare si expedierit quod non dis-
cedant de logia supradicta et inde discedere non possit
nisi prestaverit ydoneos fideiussores. Et tunc capitaneus
teneatur eis licentiam dare et si non dederit sine licen-
tia et super datis fideiussoribus seu oblatis possit
recedere. Et omnes panifacule qui consueverunt facere
panem cogi debeant per capitaneum ut continue panem fa-
ciant ad vendendum secundum formam presentis capituli. Et capitaneus
teneatur predicta facere observari et depredatas inquisitionem
facere et culpabiles punire et condempnare prout supra
est expressum.

De bonis exbanditorum reinveniendis et recuperandis. Rubrica. LXXVII.

Item dicimus et ordinamus quod potestas et capitaneus et
eorum officiales et omnes alii officiales comunis Fulginei

Vide statuta populi c. 37

vendat

Ut boni eligendi sint sagiam panis et de eorum officio et quod provideant vendendi

Ut panifacula possit et continue facere

dampnatum exbannitum in ipsum exbannitum. Et te-
neantur officiales comunis fulginei de facto defendere et ipsum
defensum manutenere in tenuta et possessione ipsa-
rum venditionis. Et notarius civitatis et comitatus fulginei
vel et alius de fulginio habitans teneantur et debeant
contractus obligationes instrumenta testamenta pertinentes seu per-
tinentia ad aliquem exbannitum condempnatum vel
condempnandum tamen dominis comunis notificare et ponere cotamello

notarius notificet [illegible] et alia
[illegible] officialibus [illegible]
[illegible] pena [illegible] x lib.

officiali qui illum contrafecerit uel summam exigeret ad
penam x libr. den. et plus arbitrio rectoris usque in
quantitate 25 libr. den.

De recuperando iura comunis que habet in monte Tumenare Rubrica lxxvii.

Item dicimus et ordinamus quod potestas et capitaneus
Vide R. p. f. 153 teneantur et debeant per sacramentum recuperare
et deffendere omnia iura que habebat comune Fulginei in monte
Tumenare et omnia instrumenta et acta que olim habuit de
ipso monte Tumenare pro ipso comuni Fulginei et omnia ipsa in-
strumenta iura et acta faciant reponi in sacrestia dicti
comunis. Et quod supradicti potestas et capitaneus qui fuerint pro tempore
teneantur et debeant facere et procurare ita et taliter
cum effectu quod silua que est in dicto monte quocumque modo cu-
stodiri potest custodiatur. Et quod terre culte et inculte
in ipso monte site bene simul custodiantur et labo-
rentur pro comuni Fulginei. Et quicumque de siluis positis in
dicto monte qui non custodiunt aliqua exportauerit
seu in ipsis siluis incisitum et portandum sibi de ipsis
lignis teneatur et debeat soluere pro qualibet salma
lignorum custodibus ipsarum siluarum et terrarum tres
den. paruos de quibus denariis sit et de aliis fructibus
dictarum siluarum et terrarum reddat pro parte sua et singula-
ribus personis pro partibus eorum prout percipit in istius
eorum utilitatibus. Et quod dicti potestas et capitaneus teneantur et
debeant facere eligi tres bonos homines in consilio generali
comunis Fulginei qui ipsas terras et siluas uel saltem partem
ipsarum ad laboritium seu ad optimum dare et locare ad
certum tempus uel tempora prout eisdem uidebitur melius
expedire.

De bonis comunis Fulginei et castrorum recuperandis Rubrica lxxviii.

Item dicimus et ordinamus quod potestas annuatim Fulginei
Vide Arr. p. R. 38. et potestas pro tempore qui pro tempore fuerint et quo-
libet eorum in dicto iuramento et pena x libr. den. pro quolibet
ipsorum domorum teneantur et debeant infra unum
mensem post principium regiminis dicti domini potestatis in consilio
generali eligi facere tres homines unum pro quolibet terzerio
ad scrutinium de quibus unus sit notarius. Qui te-
neantur et debeant intrare in ipso consilio sed primum
uel superscriptum eorum officium facere bona fide et ire per
ad castrum Collis Florech et Uerchiani et recuperare

ura et possessiones communis Fulginei et ipsas occupatas et re-
invenitas pro eo quod non sunt terminata facere termi-
nari et inveniri et ea omnia in scriptis reducere cum
dicta inventa. Et si qua de ipsis possessionibus inutilia
viderentur easdem vendere vel permutare quod liceat
eis eas seu aliqua ex ipsis possessionibus minus utilia
vendere pro iusto et competenti pretio sive cuicumque aliquo
vel aliquibus permutare secundum quod melius pro dicto communi eis
visum fuerit expedire. Possint et et liceat
eis etiam emere alias possessiones pro illis quas vendidis-
sent nomine dicti communis et pretia in ipsis emptionibus solvere
ubi melius pro ipso communi viderint convenire. Et omnia que
fecerint in predictis etiam et in vendendo vel
permutando atque emendo reducere in scriptis cum
omnibus confinibus tam possessionum venditarum seu permu-
tatarum quam et emptarum pro eorum instrumentis. Et
de predictis facere unum librum in cartis pecudinis qui
liber semper sit in camera dicti communis.

De bonis rebellium non occupandis — Rubrica LXXX.

Ut illi qui in civitate Fulginei onera supportant communi-
cum aliis civibus sentire possint et commoda ut ab
oneribus relevent(ur). Statuimus et ordinamus ut nulla
persona audeat vel presumat bona rebellium communis Fulginei
vel qui pro rebellibus habentur que sunt in communi Fulginei applicata
et ad commodum communis et hominum dicte civitatis devoluta oc-
cupare vel occupata tenere. Et si qua persona contrafecerit
nisi occupata restituat et relassaverit [in]gerit dominis prioribus
populi civitatis Fulginei una cum camerario dicte civitatis cum omnibus
fructibus infra x dies a die publicationis presentis statuti prop-
tis puniatur et condempnetur in c libris denariorum. Et nihilo-
minus cogatur per potestatem et defensorem ad restitutionem rerum
alienatarum et occupatarum cum omni commodo assecuto communi
et eis statim cum clarueret de ipsorum bonorum occupatione
et fructuum et commodorum perceptione sine aliqua figura. Et quod
dictum capitulum non possit in genere tantum aliqua alterari et
potestas vel capitaneus teneatur et debeat facere bandiri
in locis consuetis civitatis Fulginei et a die sic banditionis mana-
rezat tempus decorum x dierum. Et elapsis dictis x diebus
potestas et capitaneus teneatur et debeant predicta omnia execu-
tioni mandare et cogere personas quas tenuerit ipsa

bona occupata ad restituendum occupata ¶ Et si ne-
gligens fuerit in predictis quilibet ipsorum condemnetur in
100 libr. den. ¶ Et idem intelligatur de occupantibus et
bona occupata tenentibus ex banditorum com. fulg.
¶ Et teneatur potestas et capitaneus et eorum officiales inqui-
rere et inquisitionem facere contra tenentes seu occupa-
ta tenentes dicta bona com. ¶ Et si invenerit ipsa bo-
na detineri occupata per aliquam personam ipsa bo-
na integraliter com. fulg. restitui faciant cum effectu
¶ Et ipsa bona scribi faciant et teneantur in quodam
libro per notarium camerarii qui pro tempore fuerit qui sit et
esse debeat penes camerarium com. predicti ¶ Teneantur insuper
et capitaneus per camerarium fulg. omnia bona dictorum rebellium et
exbanditorum ad com. fulg. spectantia scribi facere in
duobus libris per dictum notarium quorum unus sit et esse
debeat penes dictum camerarium et alius in sacristia
fratrum minorum de fulg.

De meretricibus et ruffianis — Rubrica LXXXI.

Item quia turpe est inhonestum et metuposum
est coram conspectu dei et virginis marie in cuius
fide existit et inter homines reputatur quod meretrices
stent et permaneant prope ecclesiam sancte marie de flami-
nea ad meretricandum in quo loco nomine stare consue-
verunt et ad tollendum easdem meretrices in totum
ne ibi vel in dicta contrata stent vel permaneant ¶ Statuimus
et ordinamus quod nulla meretrix audeat vel presumat sta-
re vel morari ad meretricandum iuxta vel prope ipsam ecclesiam
nec ab aliquo latere per 50 mezengas ¶ Sed stare de-
beat vel possit a flaminea intus vicesus civitate
fulg. ¶ Et si qua contra fecerit in 100 libr. den. per potestatem
et capitaneum dicto com. vice qualibet qua contra fecerit condemnetur
et per capitaneum ¶ Et famuli seu berrovarii dicti potestatis
qualibet ebdomoda teneantur et debeant ire ad flami-
neam et rimari in dicta flaminea si prope dictam ecclesiam
per dictum spatium aliqua meretrix moraretur seu permaneret ¶ Et
si quam invenerit expellere vel ducere teneatur ¶ Volumus et
consit licitum unicuique rebus meretricibus et mulieribus ipsarum contra-
ctum et permanentium in dicto loco tollere et accipere per non solvere res
alias quas secum haberent et eas verberare turpiter sine morte
vel enormi magagna et ipsarum ruffianos vel lenones seu alias
personas volentes eas defendere vel iuvare sine pena et banno
dummodo ipsa pars rerum perveniat ad manus camerarii dicti com.

Et nihilominus ipsas meretrices permanentes in dicto loco et a fla-
minea intus versus civitatem Fulginei faciat dictus potestas
fustibus castigari vel fustigari. Et ad hoc ut melius predicta
fiant et executioni mandentur potestas predictus teneatur in
cula mzti. ipse et sui officiales et quilibet ipsorum nec non ad pe-
nam .50. librarum denariorum de suo salario retinendorum. Et ad facien-
dum predicta coram ipso et facere intrare duos bonos homines de con-
trata sancti Jacobi. Qui duo homines teneantur denuntiare dicto potestati
et sue curie si viderint in dicto loco sive in confinibus supradictis stare
ad prostibulum aliquam mulierem sive meretricem et i-
stinonem et semper cum petitum fuerit teneatur dictus potestas
sub dictis penis mittere suum socium militem suum ad expellen-
dum quascumque meretrices existentes in dictis confinibus
a flaminea intus. Dicimus tamen quod ipse meretrices et quilibet
ipsarum ire ad civitatem Fulginei et stare ubi dicitur possint sine
pena et banno.

De domo facienda pro dictis meretricibus. Rubrica LXXXXI.

Item statuimus et ordinamus quod priores populi civitatis Fulginei
qui erunt de mense Januarii et Februarii proximi venturi
teneantur et debeant pena pro sindicatu mar. et 100 librarum denariorum
dare ad cottimum prout melius et utilius eis videbitur et
honestius domum pro dictis meretricibus et ipsarum lenonibus.

Ad laudem gloriam magnificentiam triumphum honorem et exaltationem magnifici gloriosissimi
illustrissimi generosi decentissimi et speciosi principis regis pro celestis dei domini et
magistri mei singularissimi domini Jhesu Christi filii dei vivi qui in hunc mundum venit qui
sit laudatus nunc et semper per infinita secula seculorum amen.

Actum factum fuit sub anno domini 1444 indictione 7a die [illegible] mensis
Aprilis per Benedictum Dominici de [illegible]
et [illegible] et Caccettis [illegible]

- 8. rosso h. 4.

Statuta Comunis Fulginei Lib. 4. super sponsalitijs et exequijs mortuorum et ornamentis mulierum.

A. D. 1426. 16. Martij

Hoc statutum apparet registratum in libro Reformationum signato 1425 usque ad 1433 in Comunitatis Fulginei a pag. 58 usque ad pag. 63.

In nomine domini amen. Anno domini a nativitate eiusdem millesimo quatercentesimo vigesimo sexto, indictione quarta, tempore sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia dignissimi pape quinti, mensis martij die decima sexta.

Invocatio. — Rubrica 1.

Ad honorem laudem et reverentiam omnipotentis dei et sue gloriosissime matris beatissime virginis Marie, beatorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum apostolorum ac beati Feliciani martiris protectoris defensoris et gubernatoris comunis et populi civitatis Fulginei et omnium sanctorum et sanctarum celestis curie. Et ad honorem statum et reverentiam sacrosancte universalis ecclesie et sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia dignissimi pape quinti. Et reverendissimorum dominorum cardinalium et eorum canonice intrantium successorum. Et ad honorem statum magnificentiam et excellentiam ~~[illegible]~~ F. sancte romane ecclesie et domini nostri pape civitatis et comitatus Fulginei et non nullarum aliarum civitatum castrorum et locorum vicarij generalis ac magnifice [illegible] populi dicte civitatis Fulginei. Et ad honorem conservationem et augmentationem pacifici boni ac pacifici status populi dicte civitatis Fulginei comparationem unionem et manutentionem civium et comitatensium dicte civitatis et confusionem volentium contra attentare.

F. Magnifici et potentis domini domini Corradi nostri Trincij de Fulgineo [illegible] sancte Ro. ecc.

Exordium et statutariorum. — Rubrica 2.

Spectabiles ac nobiles viri domini Appollonius domini Catal[ani] ~~dicti~~ de Bongiangnes domicello [illegible] F. Ser Cicchi Antonij de terzero superiori, Massiolus Francisci de terzero mediori, Petrus Angelus [illegible] Bertha[illegible] de terzero inferiori, Johannes et Nicolaus et Ser Bartolomeus Ser Johannes Germani, Ser Novellus de terzero mediori, domini priores populi civitatis Fulginei existentes in unum congregati in palatio comunis Fulginei solite residentie dictorum dominorum priorum populi civitatis eiusdem in quadam saletta sive caminata inferiori dicti palatij more solito, una cum egregijs et prudentibus viris Ser Francisco Ser Raynaldi et Petro Nicolaj domini Petri de terzero superiori, magistro Petro Bartholi et Berto [illegible] de terzero mediori, Jannino Bernardi et [illegible] Jacobi domini [illegible] de terzero inferiori, Johanne et Nicolao, et ex bonis hominibus electis nominatis vocatis et deputatis per dictos dominos priores et potestatem super ordinationibus reformationibus et statutis faciendis condendis componendis et ordinandis super sponsalitijs et sepulcuris mortuorum civitatis et comitatus Fulginei nec [illegible]

F.o prefati magnifici domini domini Corradi de Trinzijs.

inmoderatas et insupportabiles dicte civitatis et comitatenses
dicte civitatis Fulginei incurrant ¶ Et ex auctoritate et
facultate eis concessa per consilium generale dicti comunis Fulginei In
tendentes et cupientes rei publice et totius populi
fulginatis utilitatibus et salubritatibus providere civi
ues et comitatenses civitatis eiusdem ab expensis et
superbis intollerabilibus superfluis et illicitis relevare
habentes auctoritatem et facultatem tam ex forma statutorum
populi civitatis predicte quam vigore et reformationis consilii generalis
comunis civitatis predicte sic etiam populi et omnis consilia civitatis
eiusdem in statuendo et ordinando et reformando et
statuta et ordinamenta et reformationes faciendo condendo
et ordinando in civitate predicta pro bono et utili dicte civitatis
et provincie et cedentibus utilitatibus et commodis omnium pre
dictorum auctoritate et facultate predictis omni meliori mo
do iure et forma quibus magis et melius et validius
potuerunt et debuerunt unanimiter et concorditer et nemine
discrepante ¶ Visis primo et repetitis et relatis
et recensitis certis veteribus ordinamentis super hac materia
desponsalitiis et sepulturis mortuorum iam editis et
compositis ¶ Et omnibus visis examinatis et recollectis que
videnda examinanda et recolligenda fuerunt in predictis
et quolibet predictorum Statuerunt ordinaverunt et re
formaverunt et hoc in nobilibus decreto sanciendo
firmaverunt videlicet

De donis non faciendis per virum uxori et econverso. — Rubrica iii.

In primis quod decreto nulla persona cuiuscumque status
gradus conditionis aut dignitatis existat
audeat vel presumat tempore alicuius matrimonii contrahendi
in civitate vel comitatu Fulginei mittere dare vel concedere
per se vel alium tacite vel expresse aliquo quesito colore
aliquam gioiam auream vel argenteam aut lapides
preciosos vel perlas aut aliquod ornamentum seu partem ¶ Nec ali
quid aliud alterius generis in pecunia vel rebus nec post
contractum matrimonium aliquo tempore publice vel palam
alicui sponse ¶ Nec ipsa sponsa nec aliqua persona pro
ea possit nec debeat recipere ad penam xxv librarum denariorum
pro qualibet et quolibet contrafaciente exigendam de facto
per potestatem dicte civitatis Fulginei et camerario comunis Fulginei
irremissibiliter persolvendam ¶ Nec aliqua persona de
tempore dotis vel dari faciat sponso aliquod donum sive en
senium modo aliquo tacite vel expresse ad dictam penam
exigendam et applicandam comuni Fulginei ut supra ¶ Nec

ipse sponsus possit recipere nec debeat sub pena predicta.

De conviviis non faciendis in sponsalitiis et in alio tempore. Rubrica iiii.

Item statuentes ordinaverunt et reformaverunt
quod postquam facte et celebrate fuerint dicte sponsalitie,
nec ante nec tempore celebrationis ipsarum sponsalitiarum,
nec post, per sponsum nec per aliquem consanguineum vel af-
finem ipsius sponsi vel sponse. Nec per aliquam aliam personam
ex parte sponsi vel sponse tempore nuptiarum fiant aliqua co-
rredia prandia vel convivia. Nec aliqua alia comestio
in cibis vel potibus. Et intelligant fuisse ipsum convivium
si fuerint .ii. persone adeo transductionis sponse ad do-
mum sponsi ad denarium et sub declaratam penam mi-
ne qualibet committendam, quam fuerit contrafactum, et a
contrafacientibus quolibet persolvendam, et ut supra dicto comuni fieri
applicandam. Salvo quod sponsus possit mittere spon-
se sue indumenta et alia arredia mentalia. Et quod sponsa
possit portare ad domum mariti pannos lineos pro
se et suo sponso. Et salvo etiam quod sponsus possit ire
ad comedendum ad domum sponse illo die quo contraxerit
matrimonium seu sponsalitias cum quatuor sociis tantum.
Et quod ex parte sponse possint eo dicto die ad domum
comestionem ex familiam et habitationem domus de qua
est ipsa sponsa, sex viri et sex domine consanguinee
et alie ut sibi placuerit. Et ab illo die in antea ipse
sponsus possit ire ad domum sponse cum uno so-
cio tantum. Et similiter sponsus die quo duxerit domum
sponsam possit dare comedere sex hominibus et sex mu-
lieribus ex familia domus et non pluribus. **Et sponsa
recipi debeat ab ecclesia a suo marito ut infra.** Rubrica v.

No. quod hodie non observatur [illegible] / quia non [illegible] / non dat valor [illegible]

Item ordinaverunt et reformaverunt quod eo die quo
sponsa transducatur ad domum mariti recipiatur
et recipere debeat vel recipi debeat de aliqua ecclesia. Et
cum dicta sponsa mittant quatuor viri tantum et quatuor
domine ab ipsa ecclesia usque ad domum mariti. Et maritus
teneatur mittere pro dicta sponsa ad domum ecclesiam et non ad
alium locum illas personas quas voluerit usque in dic-
tum [illegible] et adeo est usque ad domum mariti, ad penam 25
librarum denariorum ut supra solvendam et applicandam. Salvo quod
quando talis sponsa esset vidua non subiaceat hiis ordi-
namentis et reformationibus quantum ad eundum ad ecclesiam et
ab ea recedendum. **Quot hominibus et quot dominabus**

possit dari comedi in nuptiis. — — Rubrica vj.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod maritus
sive sponsus possit in primo die transductionis
predicte ire ad comedendum ultra illos de domo
sex alios homines et sex alias mulieres. Ita quod in totum
sint sex masculi et sex femine ultra illos de domo
et possit habere sex famulos et non ultra sub pena xxv librarum
denariorum ut supra solvendam et applicandam. Quod proxi-
mior consanguineus possit ire ad visitandum
sponsam et recipi. — — Rubrica vij

Item ordinaverunt et reformaverunt quod 2° die post
transductionem sponse proximior consanguineus
ipsius sponse cum quatuor sociis possit ire ad visitan-
dum ipsam sponsam ad domum viri sibi comedere. Et
maritus possit habere dicto die sex homines et ultra predictos suc-
cedentes cum dicto proximiori consanguineo sponse ad
comedendum dummodo aliquod convivium non fiat per aliquam
partem ad dictam penam xxv librarum ut supra exigenda
et communi fulgini applicandam. Quod proximior consan-
guineus possit reducere et invitare spo-
nsam. Rubrica viij.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod proximior consan-
guineus dicte sponse qui invitaverit et reduxerit
sponsam ipsam ad domum suam ut fieri consuetum est
possit dare comedere sex hominibus et sex mulieribus ultra illos
de domo et cum famulis. Et predicta locum non habeant
in forensibus preterquam in donando. Quod sponsus et spo-
nsa non possint donare invicem nisi quan-
tum presentibus statutis permittitur. — Rubrica viiij.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod nec sponsus nec
aliquis de consanguineis suis nec alia persona pro eo
possit mittere vel portare aliquod genus calciamentorum spo-
se nec aliam rem nisi tantum unum par calzolorum de panno
lane et unum par calciamentorum pro ipsa sponsa. Nec ipsa spo-
sa predicta nec aliquis eius consanguineus possit nec debeat
portare ipsi sponso nec aliter pro eo vel mittere aliquos pa-
nos lineos ad dictam penam xxv librarum denariorum ut supra solven-
dam et applicandam. Quod notarius qui rogatus
fuerit de aliquo matrimonio notificet po-
testati. Rubrica x.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod notarius qui
rogatus fuerit de dicto matrimonio teneatur et
debeat infra octo dies a die rogationis significare

dictum matrimonium potestati civitatis Fulginei. Et quod ipse potestas
teneatur et debeat subito facta notificatione mittere pro
parentibus dictum matrimonium et eos monere de predictis quod ipsa
debeant observare. Quod transductio sponse notificetur potestati ante xi.
uno die per alia rubrica — rubrica

Item ordinaverunt et reformaverunt quod sponsus et spo-
nsa seu alter predictorum teneantur et debeant uno die ad
minus antequam ducat dictam sponsam ad suam domum si-
gnificare domino potestati dicte civitatis Fulginei qualiter die sequenti in-
tendit suam sponsam ducere ad domum suam ad penam x
librarum contrafacientibus solvendarum et comuni Fulginei applicandarum. Cum
potestas incontinenti facta dicta notificatione teneatur et debeat
scribi facere per unum ex suis notariis in actis nomina sponsi et sponse
Et ad domos sponsi et sponse debeat idem notarius accedere
singulis dictis diebus et requirere et videre si contra predicta vel aliquod
predictorum fiet in aliquo contrarium et repertos culpabiles punire et
penam exigere de facto et ad manus camerarii dicti comunis facere perve-
nire ut supra continetur. De inquisitione facienda per potestatem
de sponsalitio — rubrica xii.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod dictus dominus potestas
teneatur et debeat in suo introitu de predictis omnibus et singulis
diligentem inquisitionem facere quolibet mense pena et
ad penam ducentarum librarum denariorum retinenda de ultima
terzaria sui officii vel salarii per camerarium comunis Fulginei tempore sui
sindicatus si negligens fuerit in predictis in puniendo
culpabiles ut supra dictum est. Nota quod sponsalitie cum
forensibus non includuntur in predictis — rubrica xiii.

Item salvo et reservato quod si aliquis forensis ceperit in
uxorem aliquam mulierem de civitate Fulginei quod liceat ipsi
mulieri et suis consanguineis dare comedere tam tempore de-
sponsationis quam transductionis omnibus hominibus quos secum du-
xerit sponsus. Et et sex maribus et sex dominabus dicte civitatis predicta
vel consanguineos et familiam domus sue. Et quod etiam liceat
sponso qui transduxerit aliquam sponsam forensem extra
civitatem dicte civitatis Fulginei dare comedere omnibus forensibus
qui venerint cum dicta sponsa. Et sex hominibus et totidem
mulieribus de dicta civitate vel consanguineos predictos sine aliqua
pena. De gioiis et ornamentis per mulieres non portandis rubrica xiiii.

Item reformaverunt et ordinaverunt quod nulla mulier

in ciuitate vel districtu Fulginei seu eius comitatu predicti nec debeat portare in capite aliquam coronam / nec in capite vel in dorso aliquo tempore aliquod portamento / per las margaritas lapides pretiosos vel aliquod aliud ornamentum auri vel argenti seu zaccarati / pena 25 librarum denariorum a quolibet contrafaciente exigenda et unicuique qualibet qua fuerit contrafactum / de facto per potestatem ciuitatis Fulginei auferenda et communi Fulginei applicanda.

De modo et mensura argenti et auri deferendi per dominas de Fulgineo. Rubrica XV.

Salvo et reservato quod ipse domine et mulieres possint et eis liceat in perpetuum portare corrigiam seu zonam sive schigiale cum auro vel argento seu mixtim et bottones in eorum vestimentis argentatos vel argenteos seu aureos seu argenteos deauratos. / Ita tamen quod computatis bottonibus aureis vel argenteis seu mixtim ut dictum est cum argento seu auro seu argento deaurato quod portaret seu detulerit aliqua domina et mulier in corrigia seu zona sive schigiali non ascendat ultra xv uncias in pondere. Possint et ipse domine et mulieres portare anulos cuiuscumque pretii et valoris in perpetuum et intelligantur anuli sine dicto pondere xv unciarum predictarum nec ponantur in ipso pondere computari. / Et potestas dicte ciuitatis Fulginei teneatur et debeat in culo mensis singulis diebus festiuis rimari et scrutari facere per eos et stratas dicte ciuitatis Fulginei contrafacientibus in predictis vel aliquo predictorum et culpabiles puniri et condemnari in pena predicta totiens quotiens fuerit contrafactum.

De caudis non portandis in vestimentis et frappis et frangiis. Rubrica XVI.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod nulla domina et mulier in ciuitate aut comitatu Fulginei possit aut valeat portare vel deferre aliquod indumentum cum cauda nec aliquo vestimento cum cauda utique. / Et cauda intelligatur esse in vestimento seu clamide quod vestimentum seu clamis esset magis longum seu longa quod usque ad communem tactum et solum terre trahatur per terram inhonesto modo. / Nec possit portare seu deferre aliquod vestimentum cuiuscumque usus vel forme frappatum neque ornatum cum frangiis. / Nec possit portare aliquam iorneam ad penam 25 librarum denariorum pro qualibet vice et qualibet persona contrafacientis auferendam de facto.

potestatem Fulginei et comuni Fulginei applicandam. De balzis
capuctiis et cappellinis non portandis per mulieres — Rubrica xvii.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod nulla domina
et mulier in civitate vel comitatu Fulginei possit
nec valeat portare seu deferre in capite aliquod
balzum cuiuscumque forme. Nec aliquod capuctium seu capp
ellinam alicuius sirici seu lini aut fenaciare aliquam
necque aliquam portionem capillorum que non sint naturalium mi-
nus aliquam et naturales proprii capitis deferentis ad penam pena
25 libr. den. vid. et committendam exigendam et applicandam

De quanto panno debeant fieri vestimenta et de pena contrafacientium et
retinentium sive sucentium — Rubrica xviii.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod nulla persona
civis de civitate vel comitatu Fulginei seu incola vel
habitatrix eiusdem faciat seu fieri faciat aliquod
vestimentum seu clamidem in quo sive in qua sit
maioris quantitatis panni quam duodecim brachiorum ad
brachium fulginas ad penam predictam vid. exigendam
et applicandam. Et liceat cuilibet in dicta
civitate et eius comitatu facere et fieri facere et
portare indumenta super grossa et non vetita in quibus
pro quolibet sit pannus duodecim brachiorum ad bra-
chium predictum sub dicta pena et banno. Et quicum-
que sutor seu sutrix incideret seu suneret aliquod
vestimentum seu clamidem de maiori quantitate panni
quam in presenti ordinamento declaratum sit incidant
in eandem penam in qua incidere[n]t facientes fieri et
portantes dicta indumenta vetita auferendam sicut
dictum est per potestatem civitatis Fulginei et comuni Fulginei applicandam

Reservatio de balzettis et franzis in collarectis et manichectis Rubrica xviiii.

Reservato et salvo quod domine et mulieres possint
in dicta civitate civitatis Fulginei et eius comitatu
portare balzettos suttiles panictos honeste form-
e sine aliquo ornamento. Et possint et portare fran-
zas in collarectis vestium et in manichectis honestis
modi et honeste grossitudinis. Quod nemo portet de-
rectum vippazellum cum sine ghelleri. Rubrica xx.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod nullus

108v

mulierum in dicta civitate Fulginei possit portare mappatellum stoptum sive detectum nisi esset longitudinis usque [illegible] ad medium pedem a manu aut portare ghellare quo cooperietur mappatellus et centura [illegible] usque ad genua ad minus ad penam x librarum pro qualibet contrafaciente et qualibet vice ut supra auferendam et applicandam. ¶ Super quibus omnibus et singulis supradictas potestas dicte civitatis Fulginei faciat sententiam et inquisitionem et contrafactores sive contrafactas culpabiles puniat et condemnet de facto in penis predictis. ¶ Et habeat quartam partem penarum quas de predictis venire fecerit in communi predicto.

¶ De corruptis et sepulturis mortuorum et modis tenendis in eis. Rubrica xxi.

Item ordinaverunt et hoc inviolabili decreto sanxerunt et reformaverunt quod nulla persona cuiuscumque gradus conditionis aut status existat de civitate vel comitatu Fulginei aut habitans in eisdem audeat vel presumat decetero tempore et die mortis funeris et sepulture alicuius induere se aliquo indumento vel vestimento viduali nisi tantum uxor mortui vel defuncti. ¶ Et contrafaciens in predictis puniatur in 50 libris denariorum communi Fulginei applicandis contrafacientibus quolibet et vice qualibet irremissibiliter exigendis. ¶ Salvo quod octava die post funus et sepulturam defuncti possint proximiores et propinquiores gradu attinentes defuncto comparere cum vestimento luctuali vel viduali et ipsum luctuale sive viduale vestimentum portare. ¶ Et quilibet sutor sive sartor [illegible] sive fuerit talia indumenta vestimenta vel aliquod ipsorum contra formam presentis reformationis et ordinamenti in x libris denariorum pena vice qualibet qua fecerit puniatur pro quolibet indumento quod incepit sive suerit. ¶ Quarum penarum tres partes applicentur communi Fulginei et reliqua quarta pars applicetur potestati executionem facienti vel fieri facienti de predictis, videlicet de omnibus que predictorum occasione puniri fecerit in communi predicto. ¶ Et teneatur ipse potestas de predictis et singulis inquisitionem facere et culpabiles et contrafactores punire in dictis penis accipiendis de facto sine aliqua condemnatione. ¶ Et si fuerit negligens ipse potestas puniatur tempore sui sindicatus in [illegible] ~~libris denariorum~~ florenos auri pro quolibet communi Fulginei de suo salario retinendis, non derogando per hoc aliis statutis et reformationibus dicti communis disponentibus de hac materia.

¶ De quantitate [illegible] que potest haberi et dispensari ad funus — Rubrica xxii.

Item sanciendo reformaverunt et ordinaverunt quod tempore quo aliquod corpus portabitur ad funus sive sepulturam non possit portari sive haberi nisi dupleria et candelas nisi usque in triginta libras cere ad plus et abinde infra. ¶ Et candele quas dabunt ~~deferebant~~ vel distribuant ad domum defuncti per personam secularem et laycam ordinibus consuetis inter sacerdotes et clericos sequentes dictum corpus ad ecclesiam in qua erit sepeliendum.

¶ Quod in presbiterio fratrum monachi vel religiosi interesse possint sepulture et qualiter. Rubrica xxiii.

Item ordinando reformaverunt et deliberaverunt quod in sepultura et tempore sepulture corporum que sepellientur in aliquo loco monachorum fratrum vel religiosorum dicte civitatis non possint interesse funeri et sepulture nisi tantum monachi aut religiosi illius loci in quo corpus sepellietur. ¶ Et similiter presbiteri seculares non corpus sepellietur in aliqua ecclesia possint interesse. ¶ Et si corpus sepellietur in aliqua ecclesia seu loco secularium tali funeri et sepulture possint interesse omnes presbiteri et clerici seculares dicte civitatis et [illegible]. ¶ Et fratres sancti Petri de pustula et non alii monachi fratres vel religiosi. ¶ Cum fratres sancti Petri de pustula sint inclusi et intelligantur in numero presbiterorum secularium.

¶ De oblationibus non faciendis octava die post sepulturam alicuius defuncti. Rubrica xxiiii.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod oblationes que solite erant fieri in capitulis octo dierum post sepulturam defuncti non fiant nisi tantum in ecclesia ubi corpus sepellietur. ¶ Et qui contrafaciens in predictis vel aliquo predictorum puniatur incontinenti qualibet de facto per potestatem dicte civitatis in xxv libris denariorum. ¶ Et potestas qui de predictis executionem fecerit habeat quartam partem pene. Et totum eius quod de predictis penis venerit faciet in communi Fulginei [illegible] supradicta.

¶ Facta ordinata deliberata et reformata et autenticata fuerunt predicta ordinamenta decreta et statuta et quelibet predictorum per supranominatos dominos vicarium et potestatem ac sex bonos cives vocatos et electos ad predicta.

109v

actum [illegible] M.° cccc xxxxii [illegible] de [illegible] et [illegible]
generalis consilii et populi civitatis Fulginei prout super legitur
et apparet et scripta et publicata per me Benedictum
notarium et cancellarium infrascriptum de mandato supradictorum
dominorum Priorum et bonorum civium ~~[illegible]~~
~~Dat.~~ [illegible]

Vt in dicto libro reformationum [illegible] ad pag. 63.

Et ego Benedictus Dominici de Rocchettis Sabinensis diocesis publicus
imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc can-
cellarius reformationum consilii et populi civitatis Fulginei
predictis omnibus et singulis presens interfui et ea rogatus
scribere scripsi et publicavi meoque solito signo signavi.
Ad laudem omnipotentis dei amen. ~~[illegible]~~

Expletum ac finitum fuit hoc presens statutum communis Fulginei per me
Bartholomeum Benedicti de Fulgineo. Currentibus annis
domini nostri Yhesu Christi ab eiusdem Nativitate Millesimo
quatricentesimo quadragesimo secundo. Indictione quin-
ta. Die vero decima mensis Novembris. Tempore pon-
tificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eu-
genii divina magnificentia dignissimi pape quarti.
Nec non tempore nobilis et egregii legum doctoris domini
Amedey de Iustinis de civitate Castelli dignissimi po-
testatis civitatis Fulginei pro beatissimo domino nostro papa
domino Eugenio supradicto et sancta romana ecclesia. Ad laudem
omnipotentis dei amen. Et tempore Gubernationis Generalis ac
Eximii militis domini Francisci Carrarioli de nobilibus de Neapoli honorandi
Gubernatoris rectoris et locumtenentis dicte civitatis pro Beatissimo domino
nostro papa Eugenio quarto et sancta romana ecclesia. [illegible]
[illegible] et ad honorem et exaltationem [illegible]
[illegible] civitatis Fulginei etc.

x. 9bre 1442

Reformatio facta februarii 1458 die no

Item volentes derogare statuto posito in 2o li. de homicidio loquente,
in capitulum cum statutum imponit penam pecuniariam ipsis homicidis, delibe-
raverunt, statuerunt et reformaverunt quod quicumque scienter commiserit
homicidium et talis homicida in fortiam communis Fulginei pervenerit, quod tali
homicide caput a spatulis amputetur ita quod moriatur ad licentiam iustitie,
dummodo quod nullo modo valeat in hunc dispensari. Si vero ad fortiam
communis non venerit sed aufugerit talis homicida, tunc incurrat ad penam
capitis et in publicationem omnium suorum bonorum, qui homicida nullo modo possit redire
ad civitatem nec comitatum Fulginei in perpetuum per aliquam specialem gratiam,
per ipsum impetrandam, nisi per primo die quo venerit ad faciendum
pacem cum suis inimicis. Et simili pena puniatur prestans
auxilium, consilium vel favorem dicto homicide, ipsum associans ad homicidium
faciendum. Si vero cuius operam quocumque modo dederit ne talis
homicida in fortiam communis Fulginei pervenerit vel eum de manibus
familie exemerit, puniatur in ducentis ducatis auri sine dimi-
nutione.

Reformatio ista loquitur de statuto posito in secundo li. 2o c. 37. Nota tamen quod ista reformatio nunquam fuit confirmata per superiores.

¶ An et quatenus credat accusatori in contemptatore et dampno dato

Quia in quantum credat accusatori vel de contemptatore et an et quomodo / diversa sunt statuta in dampno dato / ideo distinguendo puto / quod aut queritur an ei credatur dampnum sibi datum esse / et sic generaliter de dampno an sit datum / Aut de extimatione dampni / Et primo casu primo / quod statuta dampnorum datorum in civitate apud ipsos rotarios / sunt extracta de libro ad librum quo volumine statutorum communis ... li. ij. rubrica 95 / 2° puncto quod ubi statutum communis contradicit statuto populi / prevalet statutum populi ut in statuto populi rubrica iij. ... / 3° puncto quod quando in eodem volumine reperiuntur statuta contraria / et eodem tempore confirmata / ultimum prevalet ... si per discretorem salvari non possunt. ut ... communis populi de mercatoribus et ... / quod spatia statutorum in causa ... generalia ... Veniens ad dubia proposita / dico quod aut queritur / an ipse credatur ei de dampno / aut de extimatione dampni. / Primo casu aut ipse querens accusat post duos menses / aut infra duos menses / Si post / et tunc ei non credatur nisi probet legitime / ~~per unum vel duos testes vel plures ut in statuto communis ... iij.~~ ut in statuto communis rubrica iij. xly. duorum mensium et cetera / Et legitime probare / id est per unum testem / ut in d. statuto communis / xly. Et iuramento ipsius ut dominus ... et cetera / Aut infra duos menses / Et tunc creditur sibi usque in xxx soldos et infra ut in d. statuto communis xly. Et de omnibus aliis dampnis de dampno dato ... sibi soli non crederetur ut ibi / et hoc si dubitatur an dampnum sibi datum sit / 2° casu principali / quod queratur de extimatione dampni dati / Et tunc aut accusat ... aut ... / puta vim ... / primo casu credatur accusatori ~~...~~ usque in xx. s. ut in dicto statuto communis rubrica iij. xly. ... et in d. s. p. s. Et credatur et cetera / Sed cum uno teste creditur accusatori usque in xxx. s. ut in d. s. Et credatur et cetera ~~...~~ 40. / non obstat. s. communis rubrica iij. xly. ... non dampnum et cetera / ubi dicitur de xxx s. quia ut dixi / preferetur statutum populi ut in dicto s. p. rubrica iij. Contrario ... / Aut accusat ... / et tunc creditur accusatori usque in s. xxx / ut in statuto communis rubrica iij. s. Et de omnibus et cetera / Sed cum uno teste creditur accusatori usque in sold. 40. ut d. s. et credatur et cetera ~~...~~

Margin notes:

videlicet an datum sit vel non

Aut accusat ... et credit ei usque in x s. ... ut in d. s. communis rubrica iij. s. ... et cetera / aut ... ut ... / et cetera.

et plus et minus arbitrio nostro ... dampni dati ut in d. s. p. s. Et credatur xly. hoc tamen salvo et cetera

Con(tr)a dannorum 24 datorum co(mun)is Fulg(inei).

In no(m)i(n)e d(omi)ni am(en). Hec est copia siue exemplum quorumdam statutorum dannorum datorum correctorum in statutis co(mun)is (et) pop(u)li ciuitatis Fulg(inei). Quorum tenor sequitur infrascriptus videlicet

1419. In nomine d(omi)ni am(en). Anno d(omi)ni mill(esim)o cccc° xviiij ind(ictione) xij Tempore d(omi)ni Martini diuina prouidentia pp(a)e q(ui)nti die xxvj mensis octobris. Prudentes viri Bertus Francisci Bu(n)ficcalli, Bertus Cristofori, Iannes Marij magistri Iohannis (et) Petrus Francisci Iannes de Bei(n)c(asa) honorabiles priores pop(u)li ciuitatis Fulg(inei). Et magnificus d(omi)nus Nicolaus Trinci de Trincijs de Fulg(ineo) hon(orabilis) confalon(erius) iustitie pop(u)li ciuitatis predicte in sala audientie ipsius magnifici d(omi)ni in plena (et) perfecta eorum de(libera)tione existentes vigore eorum officij (et) omni modo via (et) iure quibus melius potuerunt habito consilio (et) delib(er)atione quorumdam bonorum sapientum virorum (et) quorumdam aliorum bonorum virorum dicte ciuitatis electorum (et) vocatorum per dictos d(omi)nos priores ad infrascripta capitula statutorum dannorum datorum pro(m)ponenda (et) ordinanda reformanda approbanda (et) confirmanda pro manutentione bonorum de foris fructuum arborum bladi (et) possessionum (et) siluarum hominum ciuitatis (et) comitatus dicte ciuitatis. Et ut dannorum illatores qui eorum nequam (et) in(iquam) effrenatam cupidinem ab huiusmodi dannorum illationibus non cohercent tollant materiam delinquendi (et) penarum formidine terreantur (con)diderunt (et) confirmauerunt capitula (et) ordinamenta tenoris (et) continentie infrascripte que (et) quas voluerunt (et) mandarunt debere ab omnibus cuiuscumque status vel conditionis existat immo labiliter obseruari ad penam (et) sub penis in ipsis infrascriptis ordinamentis contentis v(idelicet).

De electione notarij dannorum datorum (et) eorum officio R(ubrica) j.

et i(n) statuto co(mun)is h(abetur) n(on) R(ubrica) 95. R(ubrica) ordines

17

Offitium dampni dati.

In primis dicimus et ordinamus quod per duos priores et
confalonerium populi civitatis Fulginei una cum duobus bonis
hominibus de qualibet tertio dicte civitatis eligendis per
duos priores populi dicte civitatis et confalonerium eiusdem
eligantur duo boni et sufficientes et approbati notarii

II^a 95

Notarii dampnorum datorum non possint esse de quinquaginta ducatorum [?] in notariis viarum

Qui sint et [illegible] ducatorum vel minus quorum sit
super dampnis datis et aliis super viis pontibus sterniatis [?]
et fontibus reactandis. Quorum officium duret per sex menses
et non plus. Et quod dicti priores dicte civitatis teneantur in
calo [?] mensis prima die officii dictorum notariorum deputare
unum ex dictis notariis super dampnis datis per tribus mensibus
et per sequentibus tribus aliis mensibus super reparationibus viarum [?]
sterniatarum [?]. Et qui fuerit primis tribus mensibus super dampnis
datis sequentibus tribus aliis mensibus debeat esse super
viis et sterniatis et econverso. Et ille qui fuerit super
dampnis datis non possit se intromictere de offitio
illius qui fuerit super viis et sterniatis et econverso. Et tamen [?]
non quod ille qui fuerit super viis si inveniret aliquem
dampnum dantem quod possit referre socio suo. Et taliter
unus de offitio alterius se intromictere non possit nec
debeat. Et si fecerit puniatur pro qualibet vice in x
libris denariorum. Et quod dicti notarii habeant et habere debeant xij

Salarium notariorum dampnorum datorum et viarum

denarios pro qualibet libra eius quod fecerit in communi venire. Quos
habeant et habere debeant ipsorum quilibet de pecunia camere
dicti communis pro ipsorum salario mensium quattuor florenos auri
cum bono equo et uno famulo pro quolibet. Et ipsi et quilibet [?]
fiat per duos menses ante principium eorum offitii cum dicto sa-
lario et plus petere non possint nec recipere sub pena
periurii et viginti quinque librarum denariorum pro qualibet vice qua

Pena notariorum dampnorum datorum et viarum aliquid recipientium a communi vel spetialibus personis ultra eorum salarium deputatum

contra fecerint. Et si quid receperint tam a communi quam a spetialibus
personis restituant in quadruplum et camere communis

Stat. dam. dat.

fulgi applicet. Et a quo receperint restituant et possit
a quolibet accusari. Et qui eos accusaverint habeant et
partem condemnationum. Et eo cum dans seu Insertius
in quadruplo eius quod dedit. Et nihilominus in supradicta
pena debeant condemnari de quo possit perdi et ...
dominum capitaneum et suos officiales et durantes eorum officio
Teneantur et copiam eorum facere singulis diebus et horis
debitis in palatio potestatis civitatis fulginei et unicuique ibi
ius et iustitiam reddere. Et ibidem ire teneantur cum
pulsabitur campana pro iure reddendo et stare et sedere
tam diu ibi donec stabunt officiales alicuius potestatis
ad bancum iuris pro iure reddendo et de dicto palatio
non discedant sub pena perstati iur. et centum soldos
den. pro qualibet vice qua contrafecerint. Possint tamen
habere condemnationibus processorum de his den. quos ipsi
camerario comunis fulginei numerari fecerint pro qualibet libra
xii den. De suis non processibus nihil habere vel percipere possit
sed dicto salario sint tacite et contenti. Teneantur quod ipsi
notarii suos processus sollicite expedire et cum omni ad
manus dicti camerarii faciant devenire. Et penes
aliquem alium deponi nec solvi faciant pena sacram.
et decem libr. den. de quo debeant teneri sindi
cari. Et si aliquid exigere possent de suis processibus
et ad manus camerarii facere devenire et non fecerint
totum illud eorum salario computetur. Et ipsi eorum
sindicatus teneantur sindicari. Et ad quod teneantur
dare sindicum eorum quemlibet et eos condemnare et eorum
durante officio. Et quod iudex maleficiorum potestatis
civitatis fulginei teneatur et debeat quolibet mense in-
dicere omnes suos processus et libros et si quos processus in-

Pena aliquid damni notarii dap. noviter datorum in vineis

Notarii damnorum datorum et vineae ... debent iura reddere in palatio potestatis cum dat.

Premium ... comunis

Pena ad camerarium notarii ... sollicite expedientur ... processus ... et usque ad ... h. statu

Et item iudex in mandatum illius libri ut ipsos dei notarii debeant portare ... in mora

uenerint non exactos quos potuisset et non exegisset
teneatur ipsos sibi facere et penes se retinere ¶ Qui
notarii teneantur ipsos processus in octo dies post sig-
nes executionem mandare ¶ Et si non fecerit corp(ore)
puniatur salvo eo quod non fuerit executum ¶ Et dictus
iudex qui inuenerit non esse executionem mandatam per dictum
notarium debeat quod sibi fiat et penes se retineat ex processibus qui
ab potest executionem mandare per ipsum notarium et non erant
sic est super expressum possit ipse iudex teneatur executionem man-
dare ¶ Insuper dicimus et ordinamus quod nullus ad notarius nec
qui nec alius de civitate fulginei vel districtu possit in domibus ipsorum
intrare nec aliquam conversationem cum ipsis in dictis domibus habere
nec comedere nec bibere cum ipsis ¶ Et qui contra fecerit puniatur
pro qualibet vice in x. libr. den. ¶ Et quilibet possit contrafacientem
accusare et denuntiare et habeat quartam banni ¶ Quod notarii

Nullus potest intrare domum ipsorum ... nec cum eis ... nec bibere etc.

II-96

dannorum datorum possint procedere per inquisitionem accusationem et denuntiationem 4

Item dicimus et ordinamus quod dicti notarii dannorum datorum
possint teneantur et debeant procedere contra omnes et singulos
in districtu fulginei dannum dantes per accusationem inqui-
sitionem et denuntiationem et ipsos punire et condemnare penis
statutis et si possessio in qua dat dannum esset posita
in confinibus vel extra confines civitatis fulginei ¶ Et non obstante quod
non reperiret scriptam libra communis fulginei dummodo ubi possessio
esset posita extra districtum civitatis fulginei. ¶ Quod notarius dan-

Potest notarius dannorum procedere de danno dato in possessione que sit sita in re districtus fulginei

97 **norum datorum recipiat omnes accusationes etc.**

Item dicimus et ordinamus quod notarius qui fuerit super
dannis datis communis fulginei teneatur et debeat suo iuramento
recipere omnes denuntiationes que per illos qui dannum et
guastum receperint vel illos qui per forum statutis ad
accusandum admictuntur fiunt aliquos de danno dato
sive guasto facto cum bestiis vel personaliter et de ablatione
fructuum bonorum alienorum cum iuramento illius qui ipsam denun-
tiationem daret ¶ Et ipsas denuntiationes ipse notarius et non
alibi scribere prima die vel sequenti qua ipsas recipit

Hoc statutum loquitur qui ... [illegible]

¶ An inter accusatione et in ... dant dies 30 ... statuto ... [illegible]

Debent accusationes libro scribere eadem die vel sequenti in libro ordin.

¶ Hoc quod non valeant ... aliquot ... non accusando de danno dato ... statute
... [illegible]

B

Testes accusatoris debent iurare contra partem vel saltem citatam de dampno dato

Testes damni dati

Et ipsis accusis et denuntiationibus porrectis ut premittitur non
tamen predicti teneantur mittere pro illo et pro illis qui erunt
denuntiati et ipsum vel illos facere citari. Et in qualibet
accusatione possit assignare quatuor testes quos testes
per accusatorem assignandos dicti non tamen teneantur
recipere et examinare presentibus partibus vel absentibus dummodo
citatis sub iuramento eorum vel unius eorum credatur de dampno
et guasto et ablatione eorum fructuum et bonorum alienorum.
Et tunc credatur sacramento accusatoris seu denuntiatoris absque aliqua alia probatione usque in quantitate
x librarum denariorum pro pena communi fulginei applicanda usque ad quantitatem x soldorum denariorum damni sibi dati in quocumque
anno et quocumque modo dummodo quicumque voluerit accusare
vel denuntiare post duos menses non audiatur accusans vel denuntians nisi legitime probaverit damnum
sibi datum fuisse. Et si vero damnum datum aliquis
plus extimare voluerit credatur sacramento suo cum
uno legitimo teste usque in quantitatem xx soldorum
denariorum. Ab inde vero supra si plus extimare voluerit probet
per testes legitimos. Et eo casu quo probaret per unum vel
duos testes pena in facienda communi vel ultra x librarum denariorum
condemnetur accusator seu denuntiator
pena debita secundum formam ... ordinamentorum.
Et si vero aliquis habitator civitatis vel comitatus
civitatis fulginei vel comitatus de damno dato vel dando personaliter
vel cum bestiis fuerit accusatus per illum talis accusatus de
eorum bestiis fuerit accusatus per illum ... accusantem civitatis fulginei vel
foris vel intus ... accusare voluerit et reaccusare de damno dato
vel in personaliter vel cum bestiis fuerit accusatus super
tali accusa nullatenus perdat. Et perdat ... accusatorem habitatorem civitatis fulginei vel comitatus gravando ...
accusationes ... per intervallum unius mensis nisi
per unum testem ... qui non attineat per ...
usque in tertium gradum et non sit eius familiaris. Et

pbaverit dictum damnum datum dictus habitator civitatis
vulgo vel aliter dedisset vel fecisset per se vel alium vel cum bestijs
damnum. Et si aliquis accusaverit aliquem contra formam
predictam non valeat nec teneat ipso iure sed tamquam
irritum revocetur. Et quicquid ex eo vel aliquid sequeretur
ex eo nullam roboris firmitatem optineat. Et huic
capitulo nullum aliud capitulum ante vel retro positum
aliqua particula contradicat. ¶ Quod accusa que fieret per
procuratorem vel familiarem non admictatur. R 4

98 Item dicimus et ordinamus quod accusa que fieret per aliquem familiarem cuiuscumque persone de qualicumque illatione damnorum datorum et que fieret per procuratorem nullatenus admictatur nec recipi possit per dictum notarium non obstantibus aliquibus verbis scriptis in presenti statuto. Exceptamus non recturam procurator ecclesiarum monasteriorum et hospitalium et aliorum piorum locorum et universitatum pupillorum tutor seu tutrix et curator furiosorum et aliis bonis esset incurrerit dictum dampnum datum quod fierent in bonis piorum locorum possint et eis liceat accusare et recipiatur.

¶ Quod in una accusa possit quis quot voluerit accusare R 4

99 Item dicimus et ordinamus quod quilibet possit accusare quot voluerit in uno libro seu in una accusa eodem facto vel factis eodem tempore et loco commissis. ¶ Quod notarius cogat illum contra quem procederetur ad respondendum. R VI

100 Item dicimus et ordinamus quod notarius supradictus teneatur et debeat cogere illum contra quem procederetur de damno dato ad respondendum et se excusandum a processibus accusationis et inquisitionis et accusationis que fieret contra ipsum. Et si accusatus inquisitus vel denuntiatus negaverit rem de qua procedetur contra eum pertinere ad accusatorem vel ad alium ad cuius petitionem procederetur sine pre... garet potestatem ubi intercontata esset per eas rei, adsit pertinere quod sibi liceat tum tempore excusationis negare et non post. Et probare teneatur ille ad cuius petitionem procederetur; ad probationem cuius sufficiat probare quod res illa de qua proceditur

Que accusent inde libro ... ct 41 ... 19 ... 8 ... 13 ... carta ... 17 ... accusa 27

... accusatus ... possit negare post ... vel ... liber ... statuto ... 183 ... et si accusatur ...

¶ Seq(ui)t(ur) dum datur.

n(on) cum sit scripta in libra sua vel q(uod) cum h(ab)e(a)t ab illo man(u)
libra reperiret scripta cum possessi(one) sua vel sui anteceso(r)is
illius anni ad minus quo dampnu(m) d(ic)e(re)tur datum vel
legitimus titulus cum possessi(one) illius anni vel possessi(one)
p(re)fata (et) neq(ue) minore sine titulo ¶ Et q(uod) si no(n) p(ro)baret
accusans vel denu(n)tians ad cui(us) petitione(m) p(ro)cederet(ur)
de facto dans notarius auferat centum solidos den(ariorum) (et)
¶ Ad maius camerarii co(mmun)is Fulg(inei) faciat devenire ¶ Et
si p(ro)baret de facto auferat negantis dictam penam
(et) ad maius camerarii faciat devenire ¶ Et d(ic)t(u)s
notarius no(n) possit nec debeat si ex consentiente eo
p(ro)c(e)de(re) ad negandum potatem seu rem p(er)tine(re) ad
ip(su)m ad cuius petitione(m) p(ro)c(e)de(re)
accusatorem vel ad illum ad cui(us) petitione(m) p(ro)cede
rent ¶ Et si ad
rem si hoc exceptionis negare noluerit ¶ Et si ad
accusantem rem no(n) p(er)tine(re) vel potatas vel possessio
nis ¶ Et solum h(ab)ere ius p(er)cipiendi fructus quoru(m)cu(m)q(ue)
titulo vel m(od)o (et) accusatus negaret ius accusandi
no(n) p(er)tine(re) ad accusatorem ¶ Et accusator p(ro)baverit
ius h(ab)ere p(er)cipiendi fructus negans puniatur ut sup(ra)
¶ Alias si no(n) p(ro)baret ipse accusans puniatur simili
pena nisi accusatus in quolibet casuum p(re)dictorum (et)
bo(n)o vel melius de suo iure p(ro)baverit quo casu (con)demnet(ur)
accusator vel accusatus veniat coram alt(er)o qui d(e)bere
venit (con)demnandus.

¶ De sindicis eligendis R(ubrica) vij

Item dicimus (et) ordinamus q(uod) quelibet villa locarum
(et) q(uo)dlibet castrum districtus Fulg(inei) teneantur et debeant
infra m(en)sem post festum b(ea)ti Feliciani ordinare et
facere ipsorum sindicum (et) procuratorem qui possit dare
no(m)i(n)e ipsorum castrorum villarum (et) locarum m(od)o dicti
co(mmun)is cum libet (et) demandet respondere (et) quorum quo(m)o
q(uod) officiali d(ic)ti co(mmun)is ad penam xxv libr(arum) den(ariorum) p(ro) ius minori
p(ro)ceria in quibus p(er) potatem vel capitaneum vel alterum ipsorum
co(mmun)i p(re)dicto (con)fiterens (con)demnet(ur) ¶ Et ad hoc ut homines castrorum
villarum (et) locarum sciant p(re)dictas p(re)d(ic)ti potestas (et) capitaneus

Quo(d) no(n) p(ro)b(a)n(te) possessio(ne) vel p(ro)p(ri)etas seu
p(er)tinentes ad illu(m) ad (con)denandum
p(ro)cedit (et) (con)venit accusari (et)

Pena eo (con)demnat (et) p(ro) pena
negantis p(er)tinentiae (et) rei
p(er)tinere ad illum ad cui(us) petitione(m)
p(ro)cedit(ur).

III 101

II/102

faciant pro dicto [comuni] et dictam ciuitatis fulg(inei) bandiri ne depredari
possint in grauantiam perpendere. **De dannis, guastis,
furtis, et incendijs in comitatu fulginei commissis vbi** (dapnum)

Item dicimus et ordinamus quod si guastum furtum vel
incendium fuerit datum vel commissum fuerit in villis
vel in castris vel pertinentijs villarum vel castrorum et alibi comitatus
ciuitatis fulg(inei) proximiores habitatores ipsius ville vel
castri qui consueuerunt habitare in ipsis villis vel castris et
a x annis citra teneantur et debeant emendare ipsum dan-
num guastum furtum vel incendium patienti fuerit commis-
sum vel perpetratum in pertinentijs ipsius ville vel castri
in domo cappanna molendino vinea meta barca area
palea lignis orto giardino arboribus fructibus et arboribus fruc-
tiferis et fructibus terrarum vinearum et arborum. Et de omnibus
et singulis rebus si incendiarius fur dampni dator vel gua-
stator non inueniatur stetur sacramento illius qui dannum furtum
guastum et incendium patietur usque in quantitatem xx.
solidorum tam de danno dato quam de extimatione ipsius vel si
plus xx. solidis extimari voluerit dictum dannum pro-
betur per testes legitimos coram nominato dannorum datorum
et ipsum dannum tres proximiores locatores seu ville aut
castra accetheris nomine ciuitatis fulg(inei) comitatus qui consueuerunt
habitare in ipsis villis seu locatis a dicto tempore citra emendare
teneantur et pro quolibet foculari tamen soluant pro emenda-
tione dicti danni. Et nihilominus ville seu locati in x.
solidis denariorum comuni fulg(inei) condempnetur, ex quo tales qui non
ipsi nec eorum familiares erunt in ciuitate fulg(inei) vel dictis
tunc tempore danni dati. Et homines dictarum villarum seu locorum
nullo modo contra talem dannum dantem ac patientem admit-
tatur in talibus causis ad testimonium perhibendum. Et
si aliquis incendiarius fur seu dapni dator post
conuentum reperiatur teneantur et debeant dictas villas de
dictis condempnationibus integre conseruare indempnes. Et nihil-
ominus in centum solidis denariorum comuni fulg(inei) condempnetur non obstante
aliquo capitulo quod in contrarium loqueretur. Et si aliquis

[Right margin:] % ymo tota vniuersitas ut ff. ... xly ... Si non dapnum ... dic ut hic dico ...

[Left margin:] Hic est datus dapnus ex comitatum fulg(inei) ... non reperit malefactor tenent tres priores ville vel castra ... vel priores habitatores ipsius ville vel castri quod intelligo ut ... hic dicitur ... sed hoc ...

[Left margin:] % Hic dicitur quod si non reperit malefactor quod sta(tur) iuramento usque in xx. solidis ... ultra quod dicitur extimatio per duos homines ... ut ... xli. ... Si non dapnum dicunt ... potior ... possessorum in ...

[Left margin:] Quod homines ipsius ville non sunt testes ...

V Vide hoc statutum ... quod tenentur priores habitatores ipsius ville ut in principio. deinde dicit quod
tenent tres priores ville ut ... Et de omnibus ... Et ipsum ... et
... dicit quod teneantur alij de alijs locis quam prioribus ... Quid ergo dicis. Dico quod aut dapnum furtum
vel guastum fit ... in alia villa vel castro vel in pertinentijs alicuius ville vel castri. Et tunc tenentur tres priores
habitantes et ita loquitur principium. facit ad hoc ... xlv. ... Si non dapnum datur ... ubi tenent villa vel castrum
de ... in pertinentijs suis et non alie ville vicine. Aut fit in loco qui non est in pertinentijs alicuius ville
vel castri et tunc tenentur tres priores ville vel castra propriora, et pro hoc facit textus in principio ibi vel alibi ... quod
in pertinentijs alicuius ville vel castri. Et ratio potest esse quia si fit in pertinentijs ville verisimilius est quod fecerit ille
de villa illa quam de alijs. Secus si alibi ... quam pertinentias ... ville vel castri. Aut in illo loco ...
homines alij quam priores habitatores vel eorum bestie in ... vel quam ... de prioribus ... ville vel castri in ...

¶ S. dm. da.

Non est mirum perdentis sentencie et ybatoris plenarii mattij

minatus fuerit aliquas depredas vel aliquo predorum po-
testas et capitulum tenentur et debeant cogere illum qui
minatus fuerit ad emendandum dampnum patienti
et ad dampnationem solvendam eorum fulgorum ¶ Ad hoc ut de
predas et quolibet predorum debeant sibi precavere ¶ Et si bestie
vel homines alicuius ville que de proximioribus locis et villis sique
invenientur in ipso loco in quo dampnum datum fuerit
et patiens extimaverit ipsum dampnum usque in quantitatem
x soldorum den. et a x. soldis infra ipse qui dampnum susti-
nuit possit sibi petere ~~sibi~~ emendare dampnum
et extimationem ipsius dampni ab ipsis hominibus qui in
ipsa terra inveniuntur usque in dictam quantitatem suo sacramento
¶ Et si ala-
to et a x. solidis supra probet dampnum extimationes ¶ Et si ala-
quis miserit aliquam bestiam dispaduitam vel macangia
tam vel sanam in prato vel alio loco sine custode

Ad emendam bestie sine custode de dimissis si fuit mortua vel sbtracta villa tenetur

¶ Et ipsa mortua fuerit vel sbtracta villa seu ville
vel proximiores locares ad emendationem extimationis
dicte bestie minime tenentur nec possit dicta occa-
sione aliquo modo condempnari ¶ Non sindicus ville vel
[illegible] modo aliquo condempnari ¶ Ipse sindicus ville vel
castri fuerit accusatus seu villa vel ipsum castrum et lo-
cares de dampno dato furto vel incendio et assigna-
verit vel assignare voluerit aliquem vel aliquos
seu de dampno quesitum furtum vel incendium se-
fecisse dictum dampnum quesitum furtum vel incendium
quo vel quibus tenentur ab aliquo vel ab aliquibus accusati
~~probare debeant dampnum datum quesitum furtum~~
~~vel incendium de quo vel quibus tenentur ab aliquibus vel~~
~~ab aliquo accusati~~ probare debeant dampni datorem
furem vel incendiarium infra tres dies post assignationem
non ipsorum infra quos si non probaverint non audientur
deinceps dummodo assignaverint et assignare debeant
talem malefactorem dampni datorem vel furem
qui sit ydoneus ad solvendum ¶ Et quod possit in
curia eorum fulgorum [illegible] ¶ Aliqui quidem assignationem

Si villa assignaverit malefactorem de illis probare infra tres dies post eius assignationem alias non audietur

Villa non potest assignare malefactorem talem qui non potest [illegible] non sunt solvendo reddere et ma-
lefactores [illegible] non potest assignare illum
qui [illegible]
[illegible] l. 41 [illegible]

causam et tunc tenetur ille ubi invenisset vel [illegible] bestie secundum formam traditam [illegible]
bestie [illegible] correctio [illegible] distinctionem salvam [illegible] apel. [illegible]
offi. [illegible] et [illegible] ad ea [illegible] et tex. iste [illegible] distinctionem [illegible]
probat [illegible] adversa. ¶ 2° oppono ad primam causam [illegible] dampnum fit in blado lignamine
lignis silvam feno vel herba [illegible] alicuius ville vel castri qui non tenetur [illegible]
[illegible] illius loci secundum totam universitatem [illegible] l. 41 [illegible]
dampnum [illegible] non [illegible] distinctionem [illegible] in illis [illegible]
[illegible] Rel.
[illegible] dampnum [illegible] ville vel [illegible] tenetur [illegible] ville [illegible] villam
[illegible] tex. [illegible] non [illegible]
[illegible] villa [illegible] correctio [illegible] non distincta [illegible]
ipsum dampnum [illegible] l. 41 [illegible] dampnum [illegible] homines vel bestie [illegible]
[illegible] bestie [illegible]

Et [illegible] l. 183 [illegible]

Istud nu corrigit statuto ... [illegible] 183 ... quod incipit ... decimus ... [illegible] ... qui probat per testes ... non de villa accusata ... [illegible] ... possint ... sine ...

exipiant homines morientes .s. accusatus nouus ciuitatis fulgi[nei]. Et dominus notis dampnorum datorum possit et debeat condempnare sindicum dictarum villarum et castrorum et aliorum locorum in .x. s. den. accusatori prestito iuramento ab accusatore. Cuius notarii supradicti possint facere facere solutionem dictas .x. solidos dicto accusatori. Quod notis dampnorum datis habeant bonos baiulos de ciuitate vel districtu fulginei Rubrica

103 Item dicimus et ordinamus quod dicti notarii habeant et habere debeant bonos baiulos de ciuitate fulginei vel districtu qui consoperant personas accusatas de ciuitate et districtu qui citent personas accusatas denuntiatas et inquisitas. Cum baiuli nec alii qui familiares ipsorum grauari non possint nec debeant per potestatem capitaneum nec per alium officialem dicte ciuitatis absque voluntate dictorum notariorum nec imponere possint ad aliquam ambaxiatam aliquem officiales ciuitatis predicte sine voluntate dictorum notariorum seu alicuius ipsorum. Quorum baiulorum officium durare debet per sex menses et non ultra. Et qui usque ad annum completum non possit eligi ad officium supradictum

De contumacia ville Rubrica

Si villa est contumax ... [illegible]

104 Item dicimus quod si quis accusauerit aliquam villam seu villas de aliquo damno dato per mensem seu menses et villa fecerit contumax. Sindicus talis ville soluat .c. solidos pro dicta ipsa villa et focularibus ipsius .s. pro quolibet .xii. den. dicto pro ipsa villa et focularibus ipsius .s. pro quolibet .xii. den. pro quolibet foculari ville predicte accusatis. Et quod quotiescumque aliqua villa incurreret in aliquam contumaciam occasione alicuius accusationis facte de ipsa villa de aliquo damno dato cum bestiis quibuscumque quod ipsam contumaciam seu bannum quod solui deberet per ipsam villam seu sindicum ipsius occasione ipsius accusationis solummodo soluere teneantur ille persone de illa villa que habuerint bestias de quibus facta esset dicta accusatio et non alii aliquo capitulo constituti vel statuti quod in contrarium loqueretur non obstante. Et quilibet accusans teneatur ... Quis soluat baiulo

facere baiulo pro prima citatione quod fieret de aliquo accusato
vel denuntiato. ¶ De damno dato in blado personaliter
vel cum bestiis R[ubrica] — — XI 105

Item dicimus et ordinamus quod quicumque dederit dampnum
per se vel per alium in blado cuiuscumque generis solvat pro
qualibet vice banni .x. s. den. ¶ Et si vero bladum cuiuscumque
generis evulserit seu messis fecerit seu fabas collegerit
vel ipsum exportaverit solvat pro qualibet vice nomine
banni .xx. s. den. ¶ Et si vero in zeroro canipa orto vel lino
solvat vice qualibet nomine banni .xx. s. den. ¶ Et si autem
in meta seu barca cuiuscumque generis bladi seu legumi
nis canipe seu lini dampnum dederit ut ipsum ex
portaret seu exportaverit aut de aliqua possessione
zerorum zaffaranum seu olivas collegerit puniatur
vice qualibet in .C. s. den. ¶ Et si vero zesthias canipe
vel lini aut palos de palatiis acceperit et ipsum expor
taverit solvat vice qualibet nomine banni .x. s. den.
¶ Et si vero predicta commissa fuerint de nocte duplicentur dicta
banna et dampnum emendetur patienti. ¶ Et si vero cum bestiis
in cuiuscumque generis blado seu leguminum aliquis dampnum de
derit ¶ Et si cum iumento bove porco capra asino sive
mulo vel hiis similibus solvat nomine banni pro qualibet
dictarum bestiarum .v. s. den. ¶ Et si in canipa lino orto aut zeroro
~~grocho~~ aut in meta cuiuscumque generis bladi seu legumi
nis ¶ Et si cum dictis bestiis grossis duplicetur bannum in quo
libet dicto casu ¶ Et si cum pecude in duobus solidis den. ¶ Et si
vero in terra non seminata aliquis cum dictis animalibus gro
ssis dampnum dederit solvat pro qualibet vice .xii. den. Et si
cum pecude .vi. den. ¶ Et si vero predicta commissa fuerint de
nocte duplicentur dicta banna ¶ Et dampnum emendetur
patienti in quolibet casu predicto

Pena duplicatur de nocte

Duplicatur pena de nocte

[illegible] de meta barca et alijs [illegible] [illegible] ... vide l. ij R. 22 [illegible] ... R. 92 ubi [illegible] potest cognoscit in deprecatio [illegible]

¶ De damno dato in vineis R[ubrica] — — XII 106

¶ De ff. dan. da.

Item dixerunt et ordinaverunt quod si aliquis dampnum dederit
per se vel aliam personam in vinea alicuius a kalendis mensis aprilis usque ad
festum omnium sanctorum solvat vice qualibet nomine banni
xl. solidos denariorum. Et si intraverit et dampnum non dederit aliquid
pro qualibet vice solvat nomine banni xx. solidos denariorum. Si
non uvas collegerit solvat pro quolibet racemo .v. solidos
denariorum. Et in bolonis solvat penam xl solidos denariorum si aliud
dampnum non dederit. Et si aliis mensibus aliquis dampnum
dederit in vinea solvat medietatem dicte pene. Si
vero aliquis in sepibus aliquo tempore dampnum dederit solvat
vice qualibet cum falce .x. solidos denariorum. Item vero in vinea
frondes fecerit seu de ulmis cannoto sive arboribus
stantibus in ipsa vinea aut herbam fecerit in ipsa vi
nea. Scilicet a medio mense aprilis usque ad kalendas novembris vice
qualibet solvat nomine banni xl. solidos denariorum. Si de aliis
mensibus xx. solidos denariorum. Item vero fructus arborum
existentium in ipsa vinea collegerit solvat nomine ban
ni xl. solidos denariorum. Si vero aliquis frondes fecerit
alibi quam in vineis. Scilicet in arboribus domesticis solvat
.x. solidos. Scilicet in aliis non domesticis solvat .v. solidos
denariorum. Et in quolibet casu predicto dampnum emendet
patienti. Item vero cum bestiis aliquis dampnum dederit
in vinea alicuius scilicet iumento asino capra porco
seu mulo et hiis similibus. Scilicet a kalendis aprilis usque
ad festum omnium sanctorum solvat vice qualibet nomine ban
ni .xx. solidos denariorum. Item vero de aliis mensibus solvat vice
qualibet .x. solidos denariorum. Item de nocte solvat me
dietatem dicte pene. Item vero in sepibus vinearum dam
num dederit quocumque tempore. Item cum aliqua ex dictis
bestiis grossis solvat vice qualibet nomine banni .v.
solidos denariorum. Item de nocte solvat duos solidos denariorum.

¶ Stat. dan. dat.

Quando aliquis damnum dederit in vineis personaliter et
cum bestiis puniatur de utroque. ¶ Et si predicta commissa fuerit — Duplicatur pena de nocte
de nocte duplicentur banna et damnum emendet pa-
tienti in quolibet casu predictorum. ¶ De procedendo de
similibus ad similia R. — xiii. 107

Item dicimus et ordinamus quod notarius damnorum datorum
in predictis et in statutis et in quolibet predictorum et infra
scriptorum possit procedere de similibus ad similia in
casibus qui non invenirentur expressi in presenti capitulo. ¶ Et
de inventione damni et datione ipsius stetur simplici — Statur relatori officialis ut ... et in R. xlviii.
verbo ipsius. ¶ Et illos quos invenerit damnum dare cum
bestiis, casu in bestiis possit teneatur et debeat punire
¶ Nota de facere emendare damnum — et condemnare dicto [illegible] in bannis et penis contentis in dictis
capitulis et in aliis capitulis statutorum dictorum et ipsius dicti
[illegible] ac et facere satisfieri illis qui damna sustinuissent

¶ De pena venantium cum canibus R. — xiiii 108

Item dicimus et ordinamus quod nullus cum canibus
seu canibus venari audeat vel presumat a kalendis
aprelis usque ad festum omnium sanctorum per vineas ali-
cuius. ¶ Et si quis contra fecerit vices qualibet puniatur
in xl. solidis denariorum. ¶ Et nihilominus teneatur ad penam
damni dati ut superius est expressum. ¶ Et nullus
per dictas vineas audeat ire tempore supradicto cum mettadis
nec in ipsis mettare nec per mettare ad dictam penam.
¶ Et in quolibet dictorum casuum emendet damna patienti.

¶ De pena incidentium arborem fructiferam 15 109

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis inciderit
aliquam arborem fructiferam seu incidere solvat
communi Fulginei nomine banni centum solidos denariorum. ¶ Si
non ramum inciderit solvat xx solidos denariorum. ¶ Quando
arborem non fructiferam inciderit solvat xx. solidos
denariorum, si ramum inciderit solvat v. solidos. ¶ Quando pa-
los, forchettas, stramina aut vites iam [illegible]

rexerit et stirpum qui portaverit solvat .xx. solidos denariorum.
Et si ea predicta commissa fuerint de nocte duplicentur dicta
banna in quolibet casuum predictorum.

De damno dato in silvis. Rubrica — — 16

libro II rubr. 110 e segg.

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis contra personam
damnum dederit in silvis sive incidendo et asportando
ligna vel arbores contra personam aliquam existentes in
dicta silva solvat inter qualibet vice nomine banni .x. solidos
denariorum. Et si cum bestiis in ipsis silvis damnum dederit
sive cum iumento asino mulo porco capra et similibus
solvat .v. solidos denariorum pro qualibet vice dummodo pro pe
cudibus. Et si predicta fuerint de nocte commissa dup
licentur banna et solvatur media pena et emendetur
damnum patienti.

Pena dupli de nocte

De damno dato in prato bandito 17

111 Item dicimus et ordinamus quod si aliquis voluerit bandiri
facere pratum ad eum pertinens banditores comunis fulginei
coram presentia rectoris sive alicuius officialis licentia possit ipsa prata
bandire. Et si aliquis post ipsum bannum in ipso prato damnum
dederit inter qualibet puniatur in .v. solidos denariorum. Et hoc intel
ligatur de illis pratis que solita sunt bandiri. Et si in aliis suo
pratis aliquis damnum dederit solvat comuni fulginei nomine banni
.v. solidos denariorum pro qualibet vice dummodo pro pecude solvatur
media pena. Et possint illi ad quos pertinent ipsa prata
eorum familiares et adiutores ipsos damnum datores expellere
de ipsis pratis et bestias quas invenerint capere ducere et tenere
et eisdem pannos auferre sine pena et banno. Et de damno
dato et inventione stetur sacramento ipsorum.

Statuitur sacramento accusatoris de damno et de inventione ipsorum

De pena dantis damnum in apibus. Rubrica xviii.

112 Item dicimus et ordinamus quod si aliquis damnum
dederit in apibus si dedit solvat nomine banni .xl.
solidos. Et si in de nocte aliquis damnum dederit duplicetur bannum.

De accusatione retrahenda pro precio vel amore 19.

113 Item dicimus et ordinamus quod admittantur ad accusa
ndum maiores duodecim annorum et filii et nepo
tes descendentes ex filio possint accusare sine expensa

patris vel avi de bonis paternis et avi dummodo quod ipse pater
et avus possint accusationem porrectam per filium vel ne-
potem retrahere s. etiam decem post accusationem factam
de accusato vel accusatis. ¶ Et predictis sufficiat probare pre-
tium ex parentum seu avi. ¶ Et possint et accusare
laboratores et fictuarii terrarum et possessionum. ¶ Et — Qui possunt accusare — ¶ Fictuarius potest accusare pro alio quod possidet, sed laborator tamen non potest sine domino.
laborator tamen sine licentia domini accusare non possit

De capris non retinendis. Rubrica — XX.

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona audeat 114
vel presumat aliquam bestiam caprinam seu porcinam
retinere vel habere in civitate Fulginei nec Tancheris
nemus versus dictam civitatem pena centum solidorum
denariorum pro qualibet vice qua fuerit contrafactum. ¶ Salvo quod ma-
cellarii possint retinere bestias prout eis est permissum
et licitum possit tenere per formam capituli statuti positi — ./. Et tali statuto est statuto populi Rubrica 144.
sub rubrica de macellariis et coria scere atque fore. ¶ Et
quod nulla persona audeat vel presumat tenere vel habere ca-
pram vel capras s. hos confines videlicet a villa Sancti Marzelli
inferius usque ad civitatem Fulginei et a villa villa ¶ Et a villa
Fonte oppelli inferius versus civitatem predictam et
in ipsa villa ¶ Et a villa Palis et collis inferius ver-
sus dictam civitatem et in ipsis villis ¶ Et a villa flami-
gravi citra versus civitatem Fulginei et in ipsa villa et
prout rectus procenditur usque ad flumen Timie ¶ Et prout
rectus trahitur ipsum flumen ad villam Rossiri et buti-
ni et in ipsis villis retro procedentibus usque ad civitatem
predictam ¶ Et qui contrafecerint in 100 solidos denariorum pro qualibet
vice et pro qualibet capra per officialem dicti comunis qui
pro tempore fuerit debeant condemnari ¶ Et liceat unicuique
contrafacientem accusare et habeat medietatem banni et
nomen ipsius teneatur secretum ¶ Et quod contra predicta vel aliquod
predictorum non possit dari seu concedi aliqua licentia per ali-
quem officialem forensem dicti comunis ¶ Et si daretur
non valeat ipso iure ¶ Salvo quod domini priores populi una
cum confalonerio dicti comunis possint indigentibus et

pro necessitate eundem dare licentia retinendi unum
capram tantum. ¶ Et aliter de nostra licentia possit minimum
in parte tertia. ¶ De pena colligentium amindolas et
uvas XXI.

115 Item dicimus et ordinamus quod nulla persona audeat
vel presumat colligere seu vendere amindolas seu
amindolinos nec uvas usque ad tempus vindemiarum.
¶ Et qui contrafecerit solvat decem solidos pro banno pro quolibet
amindolo seu amindola si fuerint usque in quin-
quaginta unum denarium. ¶ Ab inde supra quot fu-
erint .v. solidos denariorum solvat. ¶ Et quilibet possit contra
facientem accusare et habeat medietatem banni. ¶ Ex-
ceptis que excipiuntur in .i. supradicto capitulo. ¶ Et quod a
kalendis septembris in antea dictus fructus possit ven-
di absque omni pena et banno. ¶ Et si aliquis appor-
taverit agrestum in aliquo vase in .xx. solidos denariorum decem
solidos condempnetur. ¶ Et quod pro dicta in uvis vendendis nisi
optenta licentia a dictis prepositis cuiuslibet solidos.
¶ Quod nullus apportet uvas acerbas vel maturas XXII.

116 Item dicimus et ordinamus quod nullus dominus
fulgosus vel eius districtu possit nec debeat ap-
portare uvas acerbas vel maturas a sua vinea nec
aliena usque ad tempus vindemiarum sine licentia nostrorum
dominorum dictorum. ¶ Et si quis contrafecerit pro quolibet
racemo solvat .v. solidos denariorum si fecerit de die vel si
fuerit de die. ¶ Si vero de nocte fuerit duplicetur
bannum. ¶ Et quod nullus procuratolus usque ad dictum
tempus emat uvas ea revendendi et qui contrafecerit in
x. solidos cuilibet fulgosus condempnetur. ¶ Et quilibet possit contra
facientem accusare et pena talis remaneat in pro-
videntia officialium. ¶ Et si familia dominorum potestatis
capitanei seu nostrorum dominorum dictorum invenerit
uvas in aliquem seu aliquos ea portantes illi qui fa-
cerent seu ille tenerentur solvere ac si penes eum vel eos
essent inventus nisi malefactorem assignaverit

¶ S. dan. da.

¶ Et quilibet civis et forensis possit apportare et vendere uvas acerbas et maturas vacantes et alias fructus quolibet tempore ¶ Et quod potestas pro tempore et sui familiares possint dare licentiam cuilibet pro tempore in officio de portationis uvarum.

¶ De citationibus faciendis R. — xxiii 117

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis citatus fuerit semel personaliter vel ad domum pro aliquo damno dato et noluerit coram curia comparere ad respondendum a tali damno dato infra terminum citationis habeatur de ipso pro legitime confesso et convicto et testibus superato nulla exceptione obstante ¶ Et quod citatio vel personalis sit peremptoria.

¶ De contumacia citati R. — xxiiii. 118

Item dicimus et ordinamus quod quicumque fuerit accusatus de aliquo damno dato in rebus vel possessionibus alicuius et non venerit infra terminum primae citationis si citatus fuerit personaliter vel bis ad domum habeatur pro confesso et convicto ac si damnum confessus fuisset [illegible] tio seu citationes hec non habeant pro confesso seu confessus nisi fuerit citatus cum commissione ¶ De consilio dando per notarium damnorum datorum et eius petitione 25 119

Item dicimus et ordinamus quod si super aliqua accusatione damnorum datorum contenderet pro [illegible] tione petitas vel possessiones quod tunc dicti notarii teneantur committere ad petitionem petentis in medio potestatis seu capitanei antequam sit diffinitum ¶ Et eorum consilium sequi teneantur ad penam centum solidorum denariorum de suo salario communi Fulginei applicandam ¶ Et iudices teneantur super predictis consulere sine aliquo salario ad penam xxv librarum denariorum infra x dies a die sibi facte commissionis et ipsum consilium [illegible] non reddere ¶ Et notarii damnorum datorum teneantur ire ad locum ad petitionem accusati R. 26. 120

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis accusaverit aliquem de damno dato et accusatus negaverit damnum datum non esse ¶ Et notarii damnorum datorum

Hoc pendet a limitatione statuti
posita in cap. 18 supra. hoc tamen salvo
a consuetudine ubi videretur etc.
Et si quis accusatus esset ibi
non obstantibus etc.

teneatur iuncto iuramento et pena x libr. den. ire ad dictu
locum ad petitionem accusati ad videndum si da-
mnum est ardens vel apparens. Et si invenerit
dampnum datum non esse ardens vel apparens quod teneatur
solvere et pagare accusato illam [illegible] penam quam dictus accusatus
solvere debebat. Et nihilominus x libr. den. pro
quolibet contrario debeat condempnari. Et si non invenerit dampnum esse
ardens vel apparens tunc accusatus condempnetur secundum formam statuti
civitatis Fulginei. Quod nullus de comitatu Fulginei audeat
retinere iumenta. Rubrica. 27.

121 Item dicimus et ordinamus quod nullus de comitatu civitatis
sive sit supra vel montaneam nec civitatis audeat vel
presumat aliquam mincionem [illegible] tenere noctis tempore extra domum a
dicta villa supra et quando steterit in x sol. den. pro qualibet nocte
et qualibet iumenta communi Fulginei debeat condempnari. Et cuilibet liceat
contrafacientem accusare et habeat quartam partem banni dummodo
probet accusationem saltem per unum testem fidedignum. De
arboribus pendentibus super domum terram vel vineam
alienam. Rubrica. xxvii.

122 Item dicimus et ordinamus quod si arbor seu stipes alicuius
apprehenderet seu extenderet super alteram domum vel
vineam alicuius cuius est terra domus vel vinea possit
ipsam arborem seu stipem incidere et removere et illud
tantum quod super domum vineam vel terram penderet de stipe
vel arbore. Et intra sex ab octo diebus in antea postquam domi-
no suo cuius est dicta arbor vel stipes denuntiaverit vel
testatus fuerit ut ipsam arborem vel stipem super domum
terram vel vineam pendentem debeat elevare et removere.
Quibus octo diebus elapsis liceat tali denuntiatori ipsam
arborem seu stipem incidere et removere id quod super domum
terram vel vineam eius penderet et tali incisione facta
talis incisor non possit nec debeat accusari. Et si accu-
satus fuerit talis accusator nullo modo audiatur.
Et talis incisor de huiusmodi incisione nullo modo possit
condempnari ab aliquo officiali communis Fulginei. Et potestas teneatur
ad petitionem illius super cuius domum terram vel vineam dicta
arbor sive stipes veniret teneatur mittere baiulum
curie ad faciendum predictam remotionem si totum illud

qd penderet sup domum terram vel vineam ipsius pete-
ntis ipsam remotionem fieri. ¶ Et quicumque non observaverit
vel qd contra fecerit / in non faciendo dictam remotionem / in
viginti solidis den. com. fulginei condempnetur. ¶ Et in talibus
expensis et processu non indiget. ¶ De arboribus stantibus
in terra aliena R. — 29.

Item dicimus et ordinamus / quod quicumque habet aliquam . 123
arborem seu arbores in terra aliena / teneatur
reddere ipsam arborem seu arbores / illi cuius est terra
vel in eius locum tenimento [illegible] ipsarum arborum
dato [illegible] ipsorum arbitrio duorum amicorum seu
minorum ab eis comuniter electorum et sine fraude ¶ Et si ille
cuius fuerint arbores seu arbor predicte / voluerit vendere
ipsam seu ipsas / quod cogatur possessor emere ¶ Et si ille cuius
erunt dicte arbores seu arbor stantes in terra aliena
fecit vel fecerit aliquam contentum aliam contra hoc vel forensi
vel cum aliquo clerico rogatus contra hoc per potestatem capitis
vel rectorem comitatus fulginei ad reddendum dictam arbo-
rem seu arbores afforensis pretio vel contra hoc seu cle-
rico exceptione aliqua non obstante ¶ Et predicta congnos-
catur summarie sine libelli petitione. ¶ Quod nullus
civis bannitus vel famulus possit facere sindi-
catum pro aliquo castro vel villa R. — XXX.

Item dicimus et ordinamus quod nulla villa vel sindi- 124
catus comitatus fulginei possit nec debeat eligere
aliquem sindicum comitatus fulginei nisi tantum de comita-
tu ¶ Et nullus de comitatu possit nec debeat aliquam
sindicariam nisi unam tantum habere ¶ Et si aliqua villa seu
sindicatus elegerit aliquem de comitatu fulginei in sindi-
cum quod talis villa et sindicus solvat com. fulginei nomine banni
x. libr. den. et talis electio non valeat nec teneat ipso
iure ¶ Et non possit talis sindicus ab aliquo officiali com.
fulginei cogi nec ad misericordiam in negotiando et procurando
aliquid pro dicta villa cuius sindicus constitutus est ¶ Et talis
villa et sindicus infra octo dies teneantur eligere de novo
alium sindicum de comitatu sub dicta pena ¶ Et quod nullus de
civitate fulginei possit nec debeat electionem alicuius sin-
dici sub dicta pena com. fulginei applicanda ¶ Et quilibet sin-
dicus et villa contra faciens a quolibet possit accusari et accusa-
tor habeat medietatem banni et eius nomen teneatur
secretum ¶ Item quod nullus familiaris alicuius seu aliquis

bamulus aut aliquis officialis comunis fulg. possit nec
debeat esse sindicus alicuius ville vel castri comitatus
fulg. ad penam centum solidorum den. ¶ Et quilibet possit
dictum facientem accusare et habeat medietatem banni et non
valeat quicquid fecerit per dictum sindicatum. ¶ Et quod
sindicus pro aliquem officialem dicti comunis ad mictendum non
possit nec debeat sub dicta pena. ¶ Et potestas teneatur
facere observari et executioni mandari ad petitionem
cuiuscumque petentis et accusantis sub pena quinquaginta
librarum de proprio salario. ¶ Item quod si aliquis receperit ultra
unam sindicariam quicquid factum erit ad suam petitionem
post primam non valeat ipso iure. ¶ Et nichilominus
teneatur restituere quicquid habuerit a dicto sin-
dico villa seu universitatis cuius erit sindicus. ¶ Et ni-
chilominus condempnetur pro qualibet sindicaria ultra primam
in centum solidis den. ¶ De extrahentibus et commoven-
tibus terminum. Rubrica ———— XXXI

125 Nulla per constructionem confinium rerum et dissensiones et scan-
dala plurima commoverunt oriri quam ut plurimum
per amotorem terminorum evenit et occurrunt ut
tale facinus amotoribus non transeat impunitum
Statuimus quod nulla persona audeat vel presumat
terminum confinium amovere mutare vel quolibet amovere
vel commovere unde confines aliquatenus corrumpantur
¶ Et si aliqua persona dictum fecerit puniatur et condempnetur
per potestatem et eius officiales et per quoscumque alios
officiales comunis fulg. in x libris den. pro qualibet vice et
quolibet termino amoto vel mutato.

¶ De amotione terminorum. Rubrica ———— 32

126 Item dicimus et ordinamus et perpetua lege firmamus
et declaramus quod nullus tante presumptionis exi-
stat quod audeat vel presumat aliquem eorum terminum
amovere vel auferre sine parabola et licentia illorum quorum
interest ad penam x librarum den. pro quolibet et vice qua-
libet in quibus per potestatem et eius officiales comunis fulg.
talis amovens seu auferens comuni fulg. de facto debeant
condempnari. ¶ Insuper quod nullus audeat vel presumat
per se aliquos terminos comunis attingere seu aliqualiter

laborat per unum pedem de petra et qui contra fecerit vice qualibet pu-
niatur et condempnetur per eundem potestatem seu notarium dampnorum datorum
in xl. solidis den. comunis fulginei applicandis. Et quod de predictis et quolibet
predictorum possint congnoscere dominus capitaneus populi et dictus dominus po-
testas et notarius dampnorum datorum dicti comunis. Et nichilominus ille
qui aliquam fecerit novitatem infra dictum terminum eorum statim
minus vel infra spatium alicuius convicini sui quod in aliquo dicto
convicino suo iuri suo preiudicaret teneatur et debeat pe-
nitus removere suis et expensis omnem quamcumque novitatem
nibus consiliorum ac aliis loquentibus in contrarium non obstantibus quibuscumque.

De electione consulum mercatorum et aliarum artium. R[ubrica] — A p.

In primis providerunt et ordinaverunt quod in civitate
Fulginei eligantur certi boni homines mercatores et
artifices de dicta civitate qui vocentur et nominentur consu-
les artis mercatorum et aliarum artium civitatis predicte.
Qui consules possint et debeant cognoscere de omnibus
et singulis litibus questionibus controversiis et factis que
orirentur et verterentur possent inter mercatores et alios ar-
tifices dicte civitatis et comitatus et de aliis de occasione mer-
cantiarum et rerum ad mercantias et alia commercia ad
artem aliquam spectantium ab anno domini millesimo trecen-
tesimo quadragesimo nono citra et in futurum su-
marie et de plano sine petitione et oblatione libelli et sine
strepitu et figura iudicii. Et ipsas lites questiones controver-
sias et facta diffinire et terminare secundum quod in infrascrip-
tis capitulis apparebit. Quorum officium duret per qua-
tuor menses quorum consulum fiat electio in hac forma
scilicet quod per duos priores populi dicte civitatis qui nunc sunt vel pro tempore fuerint
de consensu presentia et voluntate domini confalonerii eli-
gantur de dicta civitate tot boni homines mercatores et
artifices in consulibus predictarum artium. Qui sufficiant
duobus annis proxime venturis habituris initium
in kalendis mensis Ianuarii proxime venturi. Quorum

De quibus rebus habent cognoscere dicti consules et sine figura iudicii et vide quare [illegible] infra [illegible] de figura iudicii obmissa et vide [illegible] in principio.

Forma electionis consulum

Nota quod dicit statuto comunis vel populi et sic videntur velle derogare statuto [illegible] sed hec non valet quia maiorem auctoritatem habet dicta statuta populi et comunis facta a toto populo vel [illegible] auctoritate a populo [illegible] facta a [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible] et magistratus de arbitris [illegible]

Anno 1349.

Consules sunt in supra scripta capitula quod non pro salario in [illegible]

S. pro merca.

consulum durecti officium per quatuor menses ut sup-
radictum est. Cum consules sint tres cum sex cedule
nominatim signatim scribantur in quibusdam cartulis
tot quot sunt seu erunt dicti cedule nominatim adinvicem
Et mittantur in quadam cassetta clausa tribus clavibus
et seraminibus. Unam quarum habeat penes se guardianus
loci fratrum minorum. Aliam habeat camerarius generalis o-
mnium dictarum artium. Et aliam teneat cancellarius
comunis Fulginei que cassetta semper debeat stare in sacri-
stia dicti loci. Et quod die penultimo ultimi quarti men-
sis domini priores populi qui tunc erunt in palatio comu-
nis iurati in dicto tenerantur et debeant facere congregari consi-
lium omnium rectorum artium dicte civitatis et in ipso consilio
per dictum cancellarium aut aliam personam que indebite
eis [illegible] facere dictam cassettam. Et ex ea extrahi
facere unam ex dictis cartulis que contingit fortu-
nam et illi tres quorum nomina scripta reperientur in illa
cartula sic extracta pro futuris quatuor mensibus
incipiendis in kalendis mensis [illegible] sint consules et
et habeant [illegible] partes promissionis et ordinamenti per
consulibus dictarum artium mercantie et aliarum artium civitatis
predicte. Cum omni mero [illegible] auctoritate libertate et po-
testate que concesse sunt dictis consulibus per formam infra
scriptorum capitulorum. Et sic procedatur de quatuor men-
sibus in quatuor mensibus quousque completi fuerint sup-
rascripti duo anni. Et si accideret quod aliquis [illegible]
tate quod aliquis ex dictis [illegible] habitis [illegible] in dicta cas-

Primo videtur esse quaternarium vel plures ut in [illegible] Item prae-
terea cum sequentibus usque ad [illegible]
voluerit et [illegible] tunc
ut hic et in [illegible]
ita [illegible] ad [illegible]
die ut [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

De mediatore pro consulum
scripta sit

¶ S. p. m.

¶ Si aliquis proconsulum decesserit
vel absens esset a civitate ultra xx dies
vel aliter impeditur vel esset tractus ad potestatem
quomodo alius fiat / Et idem in similibus
de notario et camerario proconsulum
quod non per universitatem artium ipsorum
non servata forma huius descripta

secta per proconsulibus aut dictis moriretur ¶ Aut esset absens de
civitate et comitatu [illegible] ultra spatium temporis .xx. dierum
¶ Aut esset adeo infirmitate gravatus seu alio impe-
dimento impeditus quod commode non posset dictum proconsulatus
officium exercere ¶ Aut esset extractus in potestatem populi
dicte civitatis quod in hiis casibus aut altero ipsorum electio talis
mortui / absentis / infirmi / impediti / aut in potestatem
populi extracti fiat hoc modo scilicet quod dicti proconsules qui tunc
erunt eligant tres bonos homines mercatores et artifi-
ces dicte civitatis ¶ Qui mictantur ad secretum scrutini-
um inter omnes rectores artium ¶ Aut ad minus inter
duas partes ipsorum rectorum congregandorum eo loco quo
dictis proconsulibus videbitur convenire ¶ Et quicumque ex dictis
tribus sic electis plures voces habuerit in dicto scruti-
nio sit et habeatur pro proconsule dictarum artium pro dictis quatuor
mensibus una cum aliis proconsulibus extractis [illegible]
ta dicto modo et sic procedatur et fiat de novo [illegible]
rio dictarum artium si aliquis supradictorum casuum esset vel ipsorum
alteri advenerit ¶ Et finitis dictis duobus annis dicti
potestates populi qui tunc erunt in dicto mense teneantur et de-
beant facere congregari in eorum palatio dictum consilium
dictorum rectorum et in ipso consilio unius et dictis duobus po-
ribus cum pratica consensu et voluntate vel saltem
consensu dictorum dominorum confaloneriorum proponere de nova electione
facienda de proconsulibus dictarum artium pro futuro tempore
¶ Et quo et qualiter et per quos talis electio fieri de-
beat generaliter proponendo et sic quod in dicto consilio

ymmo 4or dierum unde in
[illegible] preterea vide
Et si omnino teneatur debet
dici ut ibi solvuntur
Et unde vide Et generaliter
quantum ubi potest committi
[illegible]

deliberabitur et reformabitur per maiorem partem ipsorum consi-
liariorum et rectorum in dicto consilio existentium facto partito
inter eos ad bussulas et pallottas sicut procedatur et fiat.
Item quod si dicti priores populi qui tunc erunt nollent
facere congregari dictum consilium rectorum artium dicte civi-
tatis quotiens requisiti primo et rogati per consules supradic-
tos qui tunc erunt dicti domini priores ad dictum consilium congre-
gando et congregari non facerent ipsum consilium die pe-
nultima ultimi quarti mensis ut supradictum est li-
citum sit dictis consulibus et possint dictos rectores ar-
tium dicte civitatis saltem duas partes facere congregari
in eo loco ubi videbitur eis et inter ipsos similem pro-
positam facere declarationem novorum consulum dicta-
rum artium et postea inter dictos rectores reformabitur et de-
liberabitur ad bussulas et pallottas per maiorem partem
dictorum rectorum in dicta congregatione existentium sic [?] quod
cedat et fiat super electione predicta. Que valeant
et teneant auctoritate presentis provisionis ac si facta fu-
isset per dictos priores populi et confalonerium iustitie et populi
dicte civitatis aliquo non obstante. Additum est huic
capitulo quod illi rectores qui erunt extracti de dicta cassetta pro
4 mensibus initiandis in proximis kalendis mensis Ianuarii
consules dictarum artium sint et consules pro toto presenti
mense decembris auctoritate presentis provisionis. De electi-
one notarii et camerarii consulum artium ...... y.

Item quod ad scribendum omnia acta actitanda co-
ram dictis consulibus et per eos et alias scripturas
opportunas faciendas dicti consules habeant et habe-

S. p[ri]m[u]m R.

debeant et possint artium predictarum unum bonum et sufficientem notarium de suis quorum officium duret tantum quantum durat officium dictorum proconsulum scilicet quatuor mensibus qui proprie scribat et rogetur et plenam fidem adhibeat cum suis testibus. Cui finito officio libri que fuerint in dictis iiii^or mensibus quorum consignari debeant publicatum et autenticum per sua manu camerario generali dictarum artium satisfacto sibi primo de salario suo. Et ita quod habeatur unus bonus legalis et sufficiens homo artifex pro camerario generali omnium dictarum artium. Cuius officium duret quatuor mensibus sicut officium proconsulum predictorum. Quorum notarii et camerarii electiones fiant in omnibus et per omnia et modis omnibus ordine forma prout et sicut fit electio predictorum proconsulum.

Nota quod electio notarii et camerarii proconsulum fit eo modo quo fit electio proconsulum de qua supra R. quod est notandum ad valorem actuum.

De electione unius nuntii sive baiuli dictorum proconsulum. R[ubric]a

Item quod dicti proconsules habeant et sibi eligant unum nuntium sive baiulum pro executione eorum officii cum salario xl solidorum pro qualibet mense solvendorum sibi de pecunia hominum dictarum artium. Et fiat sibi per camerarium dictarum artium unum capputium annuatim. In quo capputio sit signatum quoddam signum ... prout in eum fuerit dictis proconsulibus. Qui nuntius prestito sibi primo iuramento de commisso sibi officio bene et legaliter exercendo bona fide sine fraude habeat potestatem auctoritatem et iurisdictionem ... partis compulsiones absque aliqua commissione sibi fienda ad petitionem cuiuscumque requirentis cum arte qualibet

Nota de speciali iuramento proconsulum cui datur fides quo alii ...

¶ S. pr. m.

personam coram dictis consulibus. ¶ Relationibus cum stent
et credantur et fidem plenam habeant. ¶ **Quod quicumque vo-
luerit aliquid petere coram consulibus solvat primo ca-
merario gabbelle comunis 4 denarios pro qualibet libra denariorum. 4. R[ubrica]**

Item providerunt et ordinaverunt quod quecumque
persona voluerit aliquid petere aliquem mercatorem
aut artificem dicte curie et comitatus et aliud de
occasione alicuius mercantie seu rei vel pannis ad ar-
tem pertinentem antequam aliquid petat aliquem et con-
sules eam audiant teneatur et debeat solvere
camerario gabbelle comunis Senarum quatuor denarios pro
qualibet libra denariorum quos vellet petere aliquem. ¶ Et et
4 denarios pro qualibet libra extimationis rei quam intendit
petere aliquam personam. De qua solutione fiat fides
dictis consulibus per apodixam camerarii dicte gabbelle sua
bulla bullatam. ¶ Et facta dicta solutione et habita
dicta apodixa consules supradicti talem personam sic
solventem benigne audiant et sibi de quolibet arti-
fice aut mercatore de quo querimoniam poneret faciant
summarium et expeditum ius secundum formam infrascriptorum
capitulorum. ¶ **Qualiter et ubi et de quibus et quando consules mer-
cantie et aliarum artium faciant et reddant ius.
R[ubrica] — — — — — — — 5.**

Quoniam bonorum pretorum est lites dirimere et
a sumptibus et expensis relevare subditos. ¶ Et
ne questiones et lites vertentes et vertiture inter
mercatores et artifices efficiantur totaliter immor-
tales. ¶ Et ipse questiones lites et strepitus vertentes et
que verti possent inter dictos mercatores et artifices
secundum bonam equitatem et consuetudinem mercantie cito

Salarium pro capitalis soldorum quod non. Sed vide aliud sala-
rium directum in R[ubrica] x.

C. 6. q̃ꝛ iiij

Sine figura iudicii fit ius coram proconsulibus ...

expeditionem recipiant sic decet. ¶ Ordinamus quod prefati domini
potestas et confalonerius in dicto palatio populi concorditer
existentes, maiorum eorum officiales et domini iudices cum notariis
quibus melius poterunt, providerunt ordinaverunt
et statuerunt quod dicti consules teneantur et debeant
sedere ad reddendum ius petentibus in platea com-
munis civitatis ad banchum unum ubi solitum est morari et
morantur officiales custodie civitatis eiusdem, prope ca-
meram ubi colligitur gabbella pro communi. Quilibet et debeat
sedere duobus diebus in qualibet ebdomada, scilicet die lune et
die iovis, ad faciendum ius summarium et de plano sine
oblatione aut petitione libelli et sine strepitu et figura
iudicii, cuilibet qui ius postulare voluerit coram eis.
¶ Et in qualibet alia die ebdomade eodem faciant
cuilibet postulanti vel conquerenti coram eis de aliquo mer-
catore aut artifice. ¶ Exceptis diebus feriatis ad ho-
norem dei tantum. ¶ Et excepto uno mense tempore estatis
¶ Quibus temporibus non teneantur consules reddere et facere
rationem aliquam super capitulis mercantie et aliarum artium
et artificum dicte civitatis. ¶ Et si dicti duo dies vel alter
reperirentur esse feriatum in honorem dei,
quod diebus aut die proximis subsequentibus vel subsequenti sedere
ad ius reddendum ad dictum banchum firmiter teneantur.
¶ Cum autem sederint ad ius reddendum ius
hoc modo facere teneantur, videlicet quod cum creditor ponet
questionem de aliquo, consules mittant pro adversario ex
parte petentis seu creditoris. ¶ Et si debitor vel
ille de quo ius fuerit postulatum non venerit

Ferie proconsulum

No. quod tenentur ... fulg[?] ... colligitur ...

No. formam procedendi in causis proconsulum ... hic ... statuto ... c. xvij. Et ... liber iij

coram consulibus in termino sibi dato standum. et eos
aut duos ex eis aut pro eorum maiorem partem. postea
consules pro eo et pro se eius debitoris aut illius de
quo ius fuerit postulatum et spetialiter eis terminus
competentem statuat ad veniendum coram eis. Et
si in tribus terminis (inter quos sit unus peremptor
rius) factis vel faciendis personaliter vel ad domum
suae habitationis vel ad cameram suam. Qui termini
fiant infra decem duos dies quibus sedere debent. et
debitor non venerit seu ille vel illi a quo vel quibus
querimonia facta fuerit, habeatur pro tali sua
contumacia pro confesso. Et eo sic habito pro confesso ten
eantur consules compellere debitorem ad solvendum
prout creditores seu creditori processerit volu
ntatis. Et debitores propterea sibi facto occasione
solutionis fiende et consules aut duos ex eis
eorum, non tamen teneantur observare preceptum. Et contra
facientes decem libras denariorum nomine pene camerario
communis curie solvere teneantur quotiens contra
ventum fuerit, et preceptum observare nihilominus ten
eantur. Et si creditor voluerit de possessionibus debitoris
consules debeant et teneantur dare in tenutam de
ipsis possessionibus et bonis, sicut placuerit creditori, tam
~~de rebus mobilibus quam stabilibus.~~ Sed si creditor voluerit
de rebus mobilibus debitoris consules dent ei tenuta
usque in quantitatem que valeat duplum rei seu pe
cunie postulate. Si vero creditor voluerit de bonis
stabilibus debitoris, consules faciant ei dari et dent

Citatio quo fiat et quando et quot requirantur contra eum et unde dicitur in l. rubr. x. in fi.

Nota de citatione peremptoria

Contumax ut dicitur citatus habetur pro confesso

Executio contra contumaces fit ad voluntatem creditoris

Pena non parentis preceptis consulum c. x libr. Et vide in rubr. 8. xxiii. et precepta consulum observentur

Nota de duplo et triplo extimationis rei petite

De tenuta data creditori de bonis debitoris per consules; quanto tempore debeat creditor tenere, et quod debet esse in duplo vel triplo plus ut vel pretio rei ... creditori et non ... predicto mensis ...

usque in quantitatem que valeat triplum predicte sive rei pe-
tite. Et hoc intelligatur de rebus et denariis confes-
satis et de illis quos debitores confessi fuerint, confitebu-
ntur coram consulibus presentibus et futuris tam verbotenus
quam per instrumentum debitoris. Et creditor tenutam rei
mobilium teneat et habeat usque ad x dies post tenu-
tam sibi datam. Tenutam vero rei stabilium
teneat et habeat creditor per unum mensem. Que te-
nute si interdum terminum recollecte non fuerint, pre-
consules teneantur res in tenutam datas bandiri
facere et ipsas plus offerenti dare debeant, et de ipsorum
pretio satisfieri facere creditori vel creditoribus. Quas
tenutas predicti consules bandiri faciant tribus diebus sive eis
videbitur. Et post tres dies predicti consules dent licentiam
creditori vel creditoribus vendendi tenutam per consules
sibi datam. Et venditiones sic factas predicti consules fir-
mas et ratas haberi faciant et teneri. Et hoc locum
habeat ab anno domini millesimo trecentesimo quadrages-
simo nono citra et in presenti tempore et futuro. Et tamen
quod dicte tenute bandiantur predicti consules faciant pre-
cipi illi contra quem tenuta data est, quod ipsam tenutam
recolligat ad decem dies, qui si non recollegerit, ex-
tunc perdat ad bandimenta ut superius continetur.

Capitulum de rebus venditis ad pagamentum fiat solutio in continenti. [illegible] by.

Si vero aliquis mercator vel artifex vendiderit seu
donet aliquid ad pagamentum, quod appareat per confes-
sionem vel alia iusta probatione, predicti consules fieri faciant

Termini dandi ad solvendum.

Ubi requiritur probatio iusta coram proconsulibus

solutionem in continenti. ¶ De debitis vero non confessis inter
terrazanos et artifices mercatores detur ad solven-
dum terminus debitori x dierum, ut pro solutione
confessatum debitum creditori. ¶ In debitis autem con-
fessis inter terrazanos et forenses mercatores seu arti-
fices, non facientes in civitate Fulginei continue merca-
dantiam seu artem aliam, detur terminus debitori
ad solvendum pecuniam confessatam dicto creditori for-
ensi tantum decem dierum. ¶ Debitoribus vero mercatorum et ar-
tificum forensium facientium mercantiam et artem conti-
nue in civitate Fulginei detur terminus ad solvendum
suo creditori decem dierum, sicut debitoribus mercatorum
et artificum de Fulgineo. ¶ Teneantur consules de-
finire causas que coram eis fient de debitis nega-
tis infra xx dies. ¶ Exceptis diebus feriatis si contra [illegible] i-
n seu causis seu questionibus procedet.

¶ Quod questiones que sunt inter mercatores non cognoscantur per potestatem. Rubrica.

Questiones que sunt seu erunt inter mercatores seu
artifices de facto mercantie sive aliarum artium
ad artem spectantium a dicto millesimo citra tantum, non
possint cognosci per potestatem vel capitaneum vel aliquem
iudicem seu alium eorum officialium vel alium officialem
communis Fulginei. ¶ Sed tantum cognoscantur per consules supradictos.
¶ Et consules ipsas questiones non possint alicui commit-
tere finiendas et terminandas ad penam centum
librarum denariorum. ¶ Qua pena si consules contrafecerint camera-
rio supradicto solvere teneantur [illegible] eis per
consules futuros.

¶ Instantia causarum coram consulibus.

¶ Vide [illegible] · xlv / Continentur cum sequentibus usque ad finem.

et facit quod potestas et confalonerius et qui fecerit hoc statutum non possint derogare statuto populi et [illegible] facit in toto populo. [illegible] ibi inter mercatores non mercatores nec artifices, et vice versa mercatores vel artifices, hic ambo erant artifices vel mercatores.

Ut consules faciant ius civibus et non mercatori de mercantia. R. viii

Teneantur consules audire et intelligere quemlibet non mercatorem seu artificem qui contra se vellet conqueri de aliquo mercatore seu artifice de facto mercantie seu alicuius artis ad artem pertinentibus. Et de aliquibus que continentur in scripturis librorum seu libro eorum mercatorum seu mercatoris seu artificis. Et de omni promissione quam aliquis mercator seu artifex fecerit alicui non mercatori seu artifici de quacumque re, contractu quantumcumque, de qua non appareat instrumentum, seu de qua non fuerit initiata questio seu inceptum cognosci vel peti in alia curia contra talem mercatorem seu artificem de facto et suo facto super quo vellet convenire talem mercatorem aut artificem coram consulibus vel ex officio vel ad petitionem [illegible] de quibus se consules non intromittant ullo modo. Et etiam de aliis factis aliquem non mercatorem seu artificem contra aliquem mercatorem vel artificem audire non debeant ullo modo. Et faciant ipsi consules iustitiam civibus mercatoribus et artificibus contra alium mercatorem et artificem de facto mercantie et aliarum artium ad artem pertinentium. Et de omni promissione quam aliquis mercator et artifex alicui mercatori et artifici fecerit, de contractu quantumcumque mercantie sive facto ad artem pertinentium. Et si qua aliqua promissio facta esset a suprascripto [illegible] seu

Nota quod consules habent cognitionem de mercantia et rebus pertinentibus ad mercantiam vel ad artes tantum ut hic et supra ut .i. xxxi. et .ii. et vide .xxxi. [illegible]

de scripturis librorum et cetera et vide .i. xxxi. [illegible]

Nota .i. xxxi. [illegible] de omnibus [illegible] in quibus consules non possunt cognoscere.

· S · p · m ·

fieret in futurum inter mercatorem et mercatorem seu inter artificem et artificem, occasione quacumque mercantie seu rei ad artem pertinentis de qua promissione non appareat instrumentum vel scriptura in libro mercatorum seu artificum petentis seu defendentis, et ex ipsa promissione erat seu fuerit aliqua questio coram consulibus antedictis, dicta questio terminetur et finiatur per dictos consules per iuramentum, et alio modo sicut eis videbitur melius et validius. ¶ Et consules possint et debeant credere cui vel quibus voluerint et sic non crediderint, et eis magis placuerit. ¶ Et possint et debeant dicti consules penas imponere cui vel quibus voluerint, et si voluerint, et ipsas penas exigere ab illis qui non obedierint consulibus supradictis in hiis que fecerint et preceperint occasione talis questionis. ¶ Et quicquid consules fecerint in talibus questionibus et negotiis et circa ea valeat et teneat et robur firmitatis obtineat. ¶ Et quod nihil obiici valeat nec possit opponi contra executionem penarum demandatarum per consules antedictos. ¶ Et hoc capitulum valeat et valere intelligatur a supradicto tempore seu millesimo citra et in futurum. ¶ Si aut aliquis qui non sit mercator productus fuerit in testem in curia consulum, et iurare noluerit perferendo testimonio, potestas et capitaneus et quilibet eorum teneatur et debeat illum qui sic inductus fuerit in testem cogere ad iurandum ut perhibere debeat testimonium, si per dictos consules fuerint requisiti. ¶ Cum quis civis vel forensis, non mercator aut artifex, peteret coram consulibus aliquam rem ad mercantiam sive ad

¶ Quod quis teneatur comperare scripturam libri et instrumentum publicum.

¶ De libris mercatorum et vide supra ... et de aliis scripturis in rubrica x, x.ii ...

¶ Quod consules possint arbitrari et debeant credere et fidem dare cui voluerint et penas imponere etc.

¶ Quod si aliquis in testem productus coram consulibus noluerit iurare possit et debeat cogi per potestatem etc.

¶ De fideiussore dando ab illo qui est artifex et convenerit artificem vel eius heredes

alicuius artem pertinentem / ab aliquo mercatore seu
artifice / vel ab heredibus alicuius mercatoris vel arti-
ficis / teneatur et debeat promittere coram dictis pro-
consulibus ipsi mercatori aut artifici seu heredibus ipsorum
et dare ipsi mercatori seu artifici aut ipsorum heredibus
fideiussorem mercatorem seu artificem ydoneum
de parendo iuri coram proconsulibus in dictis suis quan-
do et quotiens voluerint idem mercator aut artifex aut
eorum heredes ab eo repetere et de iudicato sisti et iudi-
cato solvendo et aliter non audiatur modo aliquo sine
ea. ¶ Ordinamus et quod mercatores et artifices qui li-
tigaverint coram proconsulibus de arte vel de aliqua
mercantia seu re ad artem pertinente / vel de aliqua
promissione pertinente ut supra / teneatur alter alteri da-
re ydoneum fideiussorem mercatorem / de parendo
iuri et solvendo iudicatum. ¶ Et qui dictam fideiusso-
rem non dederit vel dare recusaverit / proconsules de-
inceps eum non audiant in aliquo ullo modo. ¶ Et quo-
niam si aut mercator seu artifex / vel etiam non mer-
cator seu artifex / pro aliqua questione alicuius merca-
ture sive rei ad artem pertinentis / litigaret cum
aliquo coram dictis proconsulibus / teneatur et debeat
respondere ad interrogata ipsorum proconsulum / confiten-
do vel negando ea que sibi petentur coram proconsulibus
predictis. ¶ Et si non responderet factis sibi primo per
dictos proconsules tribus preceptis et tribus interrogationibus
tribus diversis diebus / in quolibet ipsorum trium dierum uno
precepto et una interrogatione / habeatur pro confesso
et legitime convicto / de hiis que ab eo petentur. et

¶ De fideiussore dando etc.

¶ De contumacia nolentium respondere interrogationibus proconsulum et quod habeatur pro confesso et convicto

nichil

¶ Sequitur

nichil opponere possit aut allegare. contrarium ipsum procedere et sal-
vo quod semper et etiam preceptum et interrogatio fieri possint per
nuntium dictorum consulum. ¶ Et predicta et predictos consules
penitus executioni mandent aliquo non obstante.

¶ Quicumque mercator aut artifex qui nunc est vel
fuit a suprascripto millesimo et tempore citra aut per tempus fuerit
de omni mercantia seu re ad artem pertinente qua
facit vel fecerit a dicto tempore citra vel per futuro tempore faciet
cum quocumque mercatore homine vel persona et qua aliqua
questio oriretur teneat et debeat ipsam questionem fac-
ere coram consulum predictorum et ipsam sub eorum examine
tollere et sub eorum cura se constringere ad agendum et de-
fendendum secundum ipsius ordinem aut secundum consuetudinem
mercantie. ¶ Et ipsi consules ad petitionem actoris eum
vel eos compellant sub eorum cura respondere. ¶ Et siquis mer-
cator aut artifex vel mercatores aut artifices qui nunc
sunt fuerunt a suprascripto tempore citra aut fuerint in
futurum consulibus supradictis fugerint obedire consu-
les teneantur talem fugientem eos obedire et compellere nomine
pene solvende camerario dicte artis xl solidos denariorum
totiens quotiens eos fugerit vel negaverit obedire
vel sub eorum cura redire et nihilominus sub eorum iudicium et cetera
vel eos compellere teneantur non obstante si aliquis mer-
cator vel artifex artem deposuerit mercantie seu ar-
tem desisterit exercere dummodo dictam mercantiam seu
artem ex qua questio oriretur gesserit tempore quo erat

¶ Quod de rebus mercantie vel ad
artem pertinentibus alius non
cognoscat nisi consu-
les vide de hoc R. vij. et hic
et usque ad finem huius statuti
sed vide ubi dicitur in margine
vide de hoc R. vij

Septimum

mercatorum intellectu sint a supradicto millio citra.

Nullus insuper mercator aut artifex de rebus alicuius mercantie sue ad artem pertinentibus possit vel debeat sub alia curia agere vel defendere nisi sub curia consulum predictorum. Et predicta intelligantur de questionibus que inter mercatores et artifices oriuntur occasione rerum alicuius mercantie vel aliarum artium spectantium.

Quod omnes sententie ferende per consules sint firme.

Statuerunt et ordinaverunt et providentes quod omnes sententie ferende per consules mercatorum et aliarum artium et omnes sententie que per eos aut eorum nuntium dabuntur ratas sint et firmas et firmiter debeant observari et omnia precepta que fecerint pro honore et bono statu mercantie et aliarum artium dicte civitatis firmiter debeant observari. Item preterea voluerunt providentes et ordinantes quod consules antefati sint simul in ferendis sententiis. Sed si non omnes tres non fuerint concordes in sententiis proferendis, et duo ipsorum concordes fuerint, sententia lata seu ferenda per ipsos duos consules valere debeat et tenere. Et si omnes tres consules aut duo ex eis non essent in civitate Fulginei expectentur quatuor diebus, qui si non redibunt (si omnes) infra dictos 4 dies (si duo), alii consules qui erunt in civitate sententiare valeant, absentes consules absentia non obstante. Et si aliquis consulum haberet aliquam questionem cum aliquo aut cum aliquo alio consule, alii consules de ipsa questione congnoscere possint et sententiam promulgare.

Quod sententia lata per duos consules valeat ut in .. [illegible] versiculo [illegible] et [illegible] .i. et .i. versiculo. Et [illegible] ubi [illegible] al[illegible] procedi possit dare [illegible] sententiam [illegible] et non alii [illegible]

[illegible] versiculo. Et si omnes tres pro consulere [illegible] dicta [illegible] si omnes tres vel duo [illegible] absentes expectentur .4. diebus et si non redierint quod alii possint sententiare [illegible] [illegible] si non redibunt [illegible] omnes [illegible] saltem duo redierint [illegible] absentes [illegible] duo [illegible] saltem unus redierit [illegible] duo [illegible] textum [illegible] absentes consules absentia non obstante [illegible] textus [illegible] et [illegible]

hoc fallit in .i. versiculo ultimo ubi debent omnes tres simul.

ymo .15. diebus ut dicitur infra .1. versiculo. Et si accideret eos ibi xx dierum etc. Sed ibi erat extra districtum, hic extra civitatem tantum.

C. xx.m.

Voluerunt et statuerunt quod a preceptis, processibus, sententiis
interlocutoriis et diffinitivis fiendis et ferendis per p-
dictos consules vel duos ex eis nullus possit appellare nec
ad aliquod iudicium vel aliquem officialem communis fulgi et curie
sive hec per viam inceptitudinis appellationis vel nullita-
tis vel alio modo. Et quod postquam lata et facta fuerint per dictos
consules sicut eis equitas videbitur sic possit et valeant
executioni mandari non obstante si in procedendo cognos-
cendo, sententiando, mandando non fuerit servatus ordo
iuris et sollempnitates statuti. Et quod quocunque lata et die
et feriato sententia et lata fuerit, valeat et teneat et ei
fides adhibeatur et etiam scripture fiendis per notarios dictorum
consulum, et si testes non fuerint subscripti et sollempnitates
statuti. Item quod si aliqua sententia interlocutoria vel diffini-
tiva preceptum vel processus lata et facta est vel in futurum
fieret vel fiet per consules predictos ultimo insta[n]te coram officii
et per ipsos consules non fuerit mandatum vel mandata
vel non potuit mandari executioni de tempore instanti proximo
sequenti consules ipsam sententiam processum et preceptum pro-
ut lata et facta est vel erit, executioni mandari tene-
antur et debeant. Et si consules non fecerint contrario
dicarum arbitrii decem libras denariorum nomine pene solvere teneant
et debeant aliquo non obstante. Et si quis a predictis prep-
tis processibus et sententiis vel ab aliquo predictorum appellaverit
appellatio non valeat. Et quod appellatione non obstante
processus preceptum et sententia super executioni debita.

Quod a sententia consulum non possit appellari verbo nullitatis dicti. Et idem de precepto, vide infra Rubrica xxij. Et statuimus xxvij.

Quod sententia consulum possit fieri et die feriata. Et facta per consulem valet die et feriata. Et valet et omni sine aliqua sollempnitate. Et vide Rubrica v. xxij. Excepto in illis ubi non valet si est feriata in honorem dei.

Pena consulum non exequentium acta et sententias predecessorum.

Quod non appellet xxvij.

Cum ... consulibus ... [illegible]

demandare. Et si ille qui a predictis processu precepto et sententia
fuit alio modo appellabit non prosequetur appellationem
suam infra decem dies post appellationem factam vel fie-
ri, et quando ex preceptum fuerit per duos consules debeat solve-
re mercatori qualibet camerario predicto nomine pene xxv libras
denariorum et pervenit ad opera mercantie et aliarum artis dicte ci-
vitatis et consules dictam penam exigere teneantur. Et pre-
dicta valeant a suprodicto tempore seu millesimo citra et pro presenti
tempore et futuro. Preterea presentis capituli ordinatione
firmaverunt quod quicquid factum fuerit seu fiet per duos
ex consulibus memoratis valeat et teneat et executioni
ponatur demandetur licet tercius eorum consulum vel aliquo alio
non obstante. Et quando aliquis ex consulibus memoratis
fuerit absens vel se absentaverit quacumque occaxione
vel etiam aliquo alio impedimento impeditus possit aliis
suis sotiis et non aliis vices suas committere et valeat
et teneat aliquo capitulo vel ordinamento non obstante
et aliter facere non possit. Salvo et reservato quod que in presenti
capitulo continentur locum non habeant in correctionibus ...
... et in hiis que requiruntur in processionibus correctionibus in
quibus omnes tres consules interesse debeant secundum
formam ordinamentorum.

De salario solvendo et quanto R[ubrica]. x.

Statuerunt et ordinaverunt quod consules accipiant
pro salario a petente debitas confessates duos
denarios per libram qualibet denariorum. De debitis

[Margin notes, left:] Quod quicquid factum fuerit per duos consules ... valet ... vel aliquo alio ... potuit ...

Nota causam in quo omnes tres consules debent esse presentes.

[Margin notes, right:] Nota quod consul absens vel impeditus potest committere vices suas sotiis et non aliis.

Pro consules presentes debent esse ...

Vide de aliis salariis ... R. 4.

nomine negantes recipiant, consules equalibus partibus tres denarios parvos pro qualibet libra denariorum dummodo cogat debitor restituere salarium creditori de debitis confessatis et alias expensas legitimas factas. ¶ Finita non debitore negatore fuerint consules restitui salarium et alias expensas legitimas illi vel illis qui causam optinuerit ab illo vel illis qui causam perdiderit. ¶ Debeant quoque consules diffinire questiones de quibus recipient salarium, et si questiones non diffinierint, consulibus sequentibus salarium restituant, nisi per partes staret quominus consules valeant questiones diffinire, si partes quibus fuit preceptum per consules vel nuntium eorum ex parte ipsorum consulum quod veniant ad procedendum in causa coram eis et non venerit et steterint in contumacia eis fuerit. ¶ Recipiant quoque consules pro salario de approbationibus scripturarum mercatorum et aliorum artificum ab eo qui petierit scripturas approbari, pro qualibet libra denariorum duos denarios in citationem. ¶ Et teneantur consules facere citari ad instantiam partium vel cum ad instantem partem semel in persona et peremptorie vel bis ad domum habitationis quod veniat ad opponendum contra talem approbationem scripturarum.

¶ De apodixis factis per merchatores et artifices solvendis. Rubrica — 71.

Item providerunt et ordinaverunt quod quicumque mercator aut artifex vel de arte mercatorum aut alterius artis civitatis Fulginei vel eius comitatus fecit ab anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo

¶ Nota quod pro consule debet victus creditor in expensis condempnare quod forma statuti hic.

¶ Si causam non finiverit an debet habere salarium ipse vel successor.

¶ Approbatio scripturarum.

¶ Et de aliqua civitate quare et quot et quales vide supra li. v. xxxij. Et si debitor

> An et quando apodixa habet vim publici instrumenti et quam vim non habet. Contra quam non potest opponi nisi exceptio ... Contra quam ... fallit ... salvo ... in quibus hec dicta non habent locum

nono circa aut fecit vel faciet in futurum alicui
fulginati vel forensi aliquam promissionem obligatio
nem vel cautionem de qua appareat apodixa manu pro
pria ipsius mercatoris aut artificis alterius scripta vel appro
bata manu ipsius mercatoris vel artificis, si quod talis apodixa
valeat et teneat et plenam habeat roboris firmitatem
et ex statuto et dato de omni iure et statuto et equitate ac si foret
publicum instrumentum. Et quod potestas consules dictarum artium debeant
talis apodixe executionem mandare contra illum mercatorem
vel alium artificem qui eam fecit vel fecerit vel approba
vit aut approbaverit ad instantiam et petitionem cuius
cui facta est summarie et de plano sine strepitu et figura
iudicii et omni iuris sollemnitate obmissa de facto et
maxime isto modo et forma videlicet quod ipsa apodixa producta et
ostensa coram ipsis potestate consulibus si est scripta vel approbata
manu talis mercatoris aut alterius artificis ipsi potestas con
sules teneantur et debeant statim mittere pro illo mer
catore aut artifice qui talem apodixam fecit et
ex precepto si comparuerit vel pro contumacia sua precipiendo
mandare quod contenta in ipsa apodixa faciat ad impl
eat et observet infra x dies si ille cui dicta apodixa facta
fuit sit de civitate vel comitatu fulginei. Si vero fuerit
alius de qui moram non fecit in dicta civitate continue
per plures annos quod infra tres dies contenta in dicta apodixa
faciat et observet. Et si talis mercator aut artifex

no ad vim plenariam et effectualiter observancie con-
tinuate in ipsa politia unius preceptum et mandatum
apertum positum in termino supradicto, dicti potestates
[illegible] et debeant talem debitorem vel artificem coge-
re et constringere realiter et personaliter ad observationem illius
politie [illegible] et sic huiusmodi creditores fuerint postula-
tione [illegible] ipsis [illegible] indebite [illegible]. Contra
quas politias et ipsarum executionem nulla exceptio oppo-
ni possit et opposita non admittatur per ipsos potestates, nisi
[illegible] exceptio solutionis vel observationis facte appare-
tis in ipsa politia vel in fine eius et refutationis apparentis
[illegible] et nil aliud contra huiusmodi politias possit
obici vel opponi. Salvo et reservato quod predicta non habeant lo-
cum [illegible] in politiis que fierent per aliquem
[illegible] alium artificem [illegible] vel
[illegible] apud eius [illegible] non in politiis factis
[illegible] per aliquem [illegible] vel artificem [illegible] non
[illegible] executio infra x annos a die facte politie computa-
[illegible] ipsum tempus x annorum. Et omnes processus [illegible]
[illegible] et que fierent vel
[illegible] facte vel facta apparent vel [illegible] per ipsos
potestates vel [illegible] et super [illegible]
[illegible] negotiis, sive in [illegible] sive in [illegible]
[illegible] et quamquam [illegible] valeant et teneant et plenam
habeant roboris firmitatem, non obstante aliqua

Que exceptio possit opponi contra apodixam

ordinum artis vel iudicum vel alia sollemnitatis artis
vel statutorum communis Fulginei, vel ipsis ordinibus obmissis vel
non servatis. ¶ De quibus quidem processibus, pronuntiatio-
nibus, sententiis vel preceptis non possit appellari vel annulli-
tatis opponi vel aliquis recursus haberi ad potestatem vel ca-
pitaneum vel eorum iudicem, nec ad aliquem alium officia-
lem communis Fulginei vel ad aliquem alium aliqua ratione vel causa. ¶ Ad-
immo talis qui petet executionem talis apodixe
debeat prius iurare si indebite consulibus contenta in
ipsa posita sint vera nec ne, et de tali iuramento
in presentia consulum debeat remanere. ¶ Et quod
quod non mercator aut artifex contrafecerit in predictis penam
qualibet vice XXV libras denariorum camerario dicte artis pro co-
mmune solvere teneatur. ¶ Aliquo quod in contrarium loqueretur
non obstante. ¶ Salvo quod predicta non vendicent sibi
locum, nisi in apodixis factis ab anno domini millesimo
ccc°xlviii° citra et fiendis in futurum. ¶ Quod cuilibet
artifici sit licitum alium artificem convenire coram
suo rectore. Rubrica. xii.

Item quod cuilibet artifici artem publice operanti in ci-
vitate et comitatu Fulginei licitum sit
et possit quemlibet alium artificem artis sue publice
artem exercentem convenire coram rectoribus ar-
tis eiusdem de quacumque re et quantitate ad eius ar-
tem pertinentibus. ¶ Et quilibet citatus artifex ad pe-
titionem alterius artificis eiusdem artis coram

eorum rectoribus tempore tenentur et debeant dicto suo ad
vexillifero respondere et cetera. ¶ Rectores vero questio-
nes dictorum artificum tenentur et debeant diffinire et
terminare secundum formam capitulorum artis eorum. ¶ Et si quis
senserit se gravatum ab aliquo rectore sententia vel precepto
sibi facto per dictos rectores vel de aliqua tenuta sibi ac-
cepta possit et sibi liceat habere recursum ad dictos consu-
les de huiusmodi gravamine. ¶ Qui consules auditis et intellec-
tis partibus de dicto gravamine cognoscant et diffiniant su-
marie inter ipsas partes secundum formam dictorum capitulorum et secundum
quod eis visum fuerit. ¶ Quorum consulum terminationi et
diffinitioni partes litigantes stent et pareant ut supra
aliis capitulis continetur. ¶ Quod qui non reperietur scriptus
in matricula artium non habeatur pro artifice. xiii

Item quod quicumque non reperietur scriptus in matricula ali-
cuius artis dicte civitatis et artem non fecerit publice et
continue operatus quod a predictis consulibus in eorum questionibus non
audiatur ut artifex sed pro non artifice habeatur. ¶ Audiatur
tamen pro non artifice seu mercatore a dictis consulibus in cau-
sationibus cum eorum committuntur coram ipsis per dictos consu-
les secundum formam dictorum capitulorum. ¶ Illa non intelligatur
habeatur esse artis ante potentes pensiones et capitulum quod habet
rectorem seu rectores secundum formam statutorum populi dicte civitatis
et non aliter. ¶ Quod domini priores et confalonerius non pos-
sint providere contra dicta capitula. Rubrica — 14

Item quod domini priores populi et confalonerius iustitie et
populi dicte civitatis non possint vel debeant per
modum provisionis ordinamenti vel alicuius reformationis

¶ Quod dicatur artifex vel mercator et quod dicatur artis tenuerit fulget

¶ Quod priores et cetera non possint suspendere et cetera

consiliorum sive quovis alio modo predicta capitula provisiones
et ordinamenta vel aliquod ipsorum suspenderet cassaret tolleret vel
annullaret in totum vel in parte seu ipsa capitula pro-
visiones et ordinamenta et quodlibet ipsorum observari et obser-
vari faceret inviolabiliter et pena centum librarum denariorum pro quolibet
contrafaciente que pena per dominos priores pro tempore existentes eis
auferatur de facto. Et cancellarius communis eadem die qua intra-
bunt priores novi inter alia capitula inviolabiliter ipsorum de ob-
servatione omnium dictorum capitulorum inviolabiliter faciendo et eis con-
putari inviolabiliter teneatur. **De pena proponen-
tium aut consulentium quod dicta ordinamenta tolla-
tur Rubrica — xv.**

Item quod nulla persona dominationis vel districtus Fulginei
vel aliunde audeat vel presumat in aliquo consilio
dicte civitatis vel alibi proponere dicere vel arenghare tractare
vel expresse aut reformare quod dicta ordinamenta provisiones
et capitula vel aliquod ipsorum tollantur annullentur vel sus-
pendantur. Et qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum
in centum libris denariorum totiens quotiens contrafactum fuerit communi Ful-
ginei pro cuius nomine puniatur per dominum potestatem civitatis
Fulginei sibi auferendis de facto. **De favore dando dic-
tis prioribus et consulibus per officiales communis Fulginei Rubrica — xvi.**

Providerunt et ordinaverunt quod domini priores et confalo-
nerius populi dicte civitatis et dominus potestas et capitaneus
civitatis eiusdem et quilibet alius officialis
dicte civitatis quotiens et quando requisiti fuerint
ipsi vel aliquis ipsorum a predictis prioribus et consulibus pro eorum officio
licite exercendo et exequendo teneantur et debeant inviolabiliter
et pena C librarum denariorum de palatio eorum dictis prioribus et consulibus
dare et prestare auxilium consilium et favorem et dare et prestare

eis familiam et officiales pro eorum executionibus faciendis
cum eis opus fuerit et ad dictorum prosulum requisitio-
nem facere capi quoscumque voluerint qui non obedirent
eisdem prosulibus et eorum mandatis et in palatio capi
aut carceribus detineri ad eorum petitionem et instantiam
et absque ipsorum licentia non relapsari donec tales in-
obedientes mandata dictorum prosulum obseruauerint
cum effectu. ¶ De pena offendentis prosules 17.

Item quod nulla persona audeat vel presumat dicto vel
facto offendere aut offendi facere dictos prosules
vel aliquem ipsorum ipsis existentibus in officio prosulatus
aut post depositionem eorum officii occasione admi-
nistrationis eorum officii vel dicti officii ipsorum, cum ad
penam dupli eius quod soluere debuisset de tali offensa
si non fuisset in dicto officio. ¶ De pena prosulum non
sedentium ad ius reddendum R. xviii.

¶ Pena duplatur si fuerit offensus aliquis de prosulibus in officio vel etiam post positionem officii in forte (?) in officio

¶ Quo pertinet quod fuerit offensus occasione facti officii vide in statuto h. y. R. lxi (?)

Item prouiderunt et ordinauerunt quod prosules predicti
et quilibet eorum quibuslibet diebus lune et iouis de qua-
libet ebdomada aut in proximis diebus sequentibus vel
die si dicti dies lune et iouis vel alter ipsorum dierum cade-
rent in diem feriatam in honorem dei tenerantur
et debeant [illegible] horis congruis diurnis et sero sedere
ad suprascriptum banchum eis ordinatum ad ius red-
dendum cuicumque petere voluerit ad penam C solidorum
denariorum pro quolibet ipsorum prosulum et qualibet vice qua
contrafecerit quam penam camerarius (?) quolibet auferat de
salario suo aliquo regressu non fiendo per dominum capitaneum popu-
li cum eius sindicus (?)

156v

1353.

Acta facta p(re)missa ordinata z deliberata fuerunt
dicta ordinamenta capitula z p(ro)visiones z q(ui)ꝫlibꝫ z
quelibꝫ ipor(um) z ip(ar)u(m) p(er) sup(ra)scriptos d(omi)nos p(ri)ores z
v(e)xilliferu(m) in palatio p(o)p(u)li dicte civitatis om(n)es in ple
na z p(er)fecta concordia existentes in g(ra)u(i)or(um) eor(um) offi
cij mo(do) via z iure quib(us) melius potuerunt. Sub
anno d(omi)ni millo ccc° liij° Indictione vj. t(em)p(o)re d(omi)ni Inno
centij pp(e) vj. m(en)s(is) decemb(ri)s die v.

[illegible]

Et ego Nicolaus Martellutij de Amelia alme
urbis p(re)fecti auct(oritat)e not(arius) z iudex ordinarius et
nu(n)c not(arius) refo(r)matio(n)u(m) co(mmun)is fulg(inei) hijs o(mn)ibus et
singulis interfui. Et sup(ra)scripta legi t(ext)o sup(ra)dictor(um) dominor(um)
sc(ri)psi z publicavi z meum signu(m) in hor(um) testi
monio apposui consuetum.

Ob missio(n)e tn̄ singno dicti not(arii).

S. pp. m.

Al nome de dio amen. Ad honore et reverentia dello omni
potente dio et della beata vergine maria sua matre
et delli beati apostoli pietro et paulo et di tucti lapostoli dello
omnipotente dio. Et dello gloriosissimo pontifice marti
ro sancto feliciano capo protectore et duca del communo popu
lo et cipta de fulignj. Ad honore et exaltation delli singo
lari del populo et de tucto lordine del podestà della prefata
cipta. Et anchi ad honore magnificentia et exaltation del
m. et potente cavaliere messer trincia de trinci da fuligno
honorevele confaloneri de iustitia del sopradicto populo. Ad bono
pacifico et tranquillo stato presente della sopradicta cipta
li savij homini. Giorgo de vangolo. mastro guglielmo de mo
rello. Branchutillo de petruccio. et Nicolo de bartuccio
honorevili priori del populo della cipta de fuligno con consenti
mento presentia et volenta del sopradicto confaloneri nel palazo
del populo della sopradicta cipta tucti stanti in piena et perfecta
concordia [illegible] de lo loro officio per modo via et ragion
colla quale meglio poderono per bono stato pace et
tranquillita [illegible] utilita del comuno et populo sopradicto
[illegible] persone et specialmente de habitanti et altri
[illegible] della dicta cipta dalli quali lo populo fa [illegible]
[illegible] delli genti per loro [illegible]. Et ad recta
re le lite questioni et stricti lequali intervengono et inter
venire possono intra ipsi habitanti et artisti della
sopradicta cipta lequali [illegible] le lite et stricti so
gliono [illegible] nella cipta scandali
[illegible] spesse volte [illegible]. Et per ragione 1353.

de quiete e pruda deliberatione tractato proveduto et delibe-
rato e ordinato è per legie da valere in perpetuo per auto-
rita della presente provisione / provisioni ordinamenta e capi-
tuli infrascripti statuto del comuno o vero del populo provisione
reformatione dispositione non obstante li altri che in contrario parla-
ssero.

¶ Della electione delli consuli delli mercatanti e delle altre arti. Rubrica

In prima proveduto e ordinato che nella cipta de Fu-
lingi siano electi certi boni homini mercatanti
e artefici della dicta cipta, li quali siano chiamati e nominati
consuli dell'arte delli mercatanti e delle altre arti della dic-
ta cipta, li quali consuli debiano congnoscere e possano
de tucte questioni liti controversie et sterty li quali fossero e
podessero essere intra li mercatanti e l'altri artefici della
dicta cipta contado e anchi d'altre parte per cascione de mer-
catantia o de cose che ad mercatantia o ad altra [illegible]
ad alcuna arte appartenesse o de l'anno [illegible] trecento
quarantanove in qua e in futuro [illegible]
[illegible] senza petitione e de oblatione de libello e senza
strepitu e figura de iudicio [illegible] questioni stecty
[illegible] [illegible] che [illegible] capituli
apparira l'officio delli quali duri per quattro mesi delli
quali consuli se farra la electione in questa forma cioè
che per li signori priori del populo della cipta de Fulingi che
serranno al presente [illegible] [illegible] del [illegible]
[illegible] siano electi della dicta cipta [illegible] boni
homini mercatanti e artefici per consuli delle predicte

acto che bastino due anni per ciascuno che deggono venire
comenzando el principio in calende de gennaio proximo
che de' venire delli quali brevi due lettere per quat-
tro mesi como detto avemo. E quali brevi cosi electi
ad tre ad tre sieno scripti in certe cartuccie tante quante
saranno o non saranno li detti electi ad tre ad tre ad mesi
